nis venientem in nubibus celi cum po
testate et maiestate magna. Sequentia

Regnantem sempiterna per secla
susceptura: concio deuota concre
pa. Diuino sono factori: reddendo debi
ta. Cui iubilant agmina celica: ei9 vul
tu exhilarata. Quem expectant omnia
terrea eius nutu / examinanda. Distri
ctum ad iudicia, Clementem in poten
tia. Tua nos salua xpe clemẽtia ꝓpter
quos passus es dira. Ad poli astra: sub
leua nitida / qui sorde tergis secula. In
fluat: sal9 vera / effugans pericula. Dia:
vt sint munda / tribue pacifica. Ut hic
tua: salut misericordia. Leti regna: post
adeamus supera. Quo regnas: secula ꝑ
infinita. Secundum Lucam. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus disci
pulis suis. Erunt signa in sole et
luna ⁊ stellis: et in terris pressura genti

um/pre confusione sonitus maris et flu
ctuum. Arescentibus hoibus pre timo-
re et expectatione:que superuenient vni
uerso orbi. Nam virtutes celorũ moue-
buntur. Et tunc videbunt filiũ hois ve
nientem i nube:cũ potestate magna/et
maiestate. His aũt fieri incipiẽtibus:re-
spicite et leuate capita vestra: quoniam
appropinquat redẽptio vestra. Et dixit
illis similitudinem. Uidete ficulneam:
et omnes arbores. Cum producunt iam
ex se fructum:scitis quoniam prope est
estas. Ita et vos cum videritis hec fieri:
scitote quoniam prope est regnum dei.
Amen dico vobis:quia nõ preteribit ge
neratio hec:donec omnia fiant. Celum
et terra transibunt:verba autẽ mea nõ
transibunt. Offr. Deus tu conuersus
viuificabis nos:et plebs tua letabitur i
te. ostende nobis dñe miam tuã:et salu-
tare tuum da nobis. V. Benedixisti dñe
terram tuã/auertisti captiuitatẽ iacob:
remisisti iniquitatẽ plebis tue. V. Mia
et veritas obuiauerũt sibi:veritas de terra
orta est/et iusticia de celo pspexit. Secr.

Placere q̃s dñe humilitatis nr̃e
precibus et hostijs: et vbi nulla
suppetũt suffragia meritorum:tuis no
bis succurre presidijs Per dominũ nr̃m
Prefatio quotiđ. Cõio. Hierusalẽ sur-
ge/et sta in excelso: et vide iocunditatẽ
que veniet tibi a deo tuo. Postcõmunio

Repleti cibo potuq3 spiritualis ali-
monie supplices te dñe deprecā-
mur:vt huius participatione mysterij:
doceas nos terrena despicere/et amare
celestia. Per dñm nostrum iesum xp̃m
filium tuũ. Qui tecũ viuit et regnat de?
Per omnia secula seculorum. Amen.

Feria. iiij. Lectio zacharie pphẽ. viij

Hec dicit dñs deus exercituum. Re
uersus sum ad syon:et habitabo
in medio hierusalem/et vocabitur hie-
rusalem ciuitas veritatis:et mons do-
mini exercituum/mons sanctificatus.
Hec dicit dñs exercituũ. Adhuc habita
bunt senes/et anus i plateis hierusalẽ:
et viri baculus in manu eius/pre mul-
titudine dierum. Et platee ciuitatis cõ-
plebuntur infantibus:et puellis luden-
tibus in plateis eius. Hec dicit dñs exer
cituum. Si difficile videbitur in oculis
reliquiarum. populi huius in diebus il
lis:nunquid in oculis meis difficile erit
dicit dñs exercituũ. Hec dicit domin? ex
ercituum. Ecce ego saluabo populũ me
um de terra orientis/et de terra occasus
solis:et adducam eos/et habitabunt in
medio hierusalem/et erunt michi in po
pulum/et ego ero eis in deum:in verita
te et iusticia. Dicit domin? omnipotẽs.

Secundum Matheum xj.

In illo tpe. Dixit iesus turbis iu-
deorũ:et discipulis suis. Amẽ dico
vobis:inter natos mulierũ non surrexit
maior iohanne baptista. Qui autem mi
nor est in regno celorũ:maior est illo. A
diebus autem iohannis baptiste/vsq3
nunc:regnũ celorũ vim patitur.et violẽ
ti rapiũt illud. Oẽs eni prophete et lex:
vsq3 ad iohannẽ prophetauerunt. Et si
vultis recipere:ipse est helyas/q̃ venturus
est. Qui habet aures audiendi: audiat.

Feria. vj. Lectio Isaie prophete. lxij.

Hec dicit dñs deus. Super muros
tuos hierusalẽ cõstitui custodes:
tota die et tota nocte iperpetuũ non ta-
cebunt. Qui reminiscimini dñi ne tace
atis/et ne detis silentiũ ei:donec stabili
at/et donec ponat hierusalẽ laudẽ in ter
ra. Iurauit dñs in dextera sua:et in bra
chio fortitudinis sue. Si dedero triticũ
tuũ/vltra cibũ inimicis tuis:et si bibe-
rint filij alienigene vinũ tuũ:in quo la
borasti. Quia qui congregabunt illud
comedent/et laudabunt dñm: et qui cõ
portant illud bibẽt in atrijs sctis meis.
Trãsite/transite p portas:preparate vi-
am populo planũ facite iter. et eligite la
pides et eleuate signũ ad populos. Ecce
dñs auditũ fecit in extremis terre. Di-
cite filie syon:ecce saluator tuus venit:

et ecce merces eius cum eo: et opus illiꝰ
corã illo. Et vocabunt eos populus san
ctus: redempti a domino. Tu autem vo
caberis quesita ciuitas: ⁊ non derelicta.
Secundum Johannem. primo.
IN illo tempore. Johãnes testimo
niũ perhibebat de domino: et cla-
mabat dicens. Hic erat quem dixi: qui
post me venturus est. ante me factꝰ est:
qꝛ prior me erat. Et de plenitudine eiꝰ.
nos omnes accepimꝰ: gratiam pro gra-
tia/ quia lex per moysen data est: gratia
⁊ veritas. per iesum christum facta est.
Deum nemo vidit vnq̃. Unigenitus fi
lius qui est in sinu patris: ipse enarrabit
Dñica.iij.aduẽtus. Ad missã. Offi͠
GAudete in domino semper: ite-
rũ dico gaudete/ modestia ves-
tra nota sit omnibus homini
bus: dominꝰ prope est nichil solliciti si-
tis: sed in omni oratione petitiones ves-
tre innotescant apud deum. ps. Et pax
dei que exuperat omnẽ sensũ: custodiat
corda vestra et intelligẽtias vestras. or.
AUrem tuã quesumꝰ domine pre
cibus nostris accommoda: ⁊ mẽ
tis nostre tenebras gratia tue visitatio
nis illustra. Qui viuis et regnas cum
deo patre. ⁊c. Ad corinthios. pri.e.iiij.
FRatres. Sic nos existimet homo
vt ministros xpi: et dispẽsatores
ministrorum dei. Hic iam queritur: in-
ter dispensatores. vt fidelis quis inueni
atur. Michi autem pro minimo est vt a
vobis iudicer. aut ab humano die: sꝫ ne
qꝫ meipsum iudico. Nichil enim michi
conscius sum: sed non in hoc iustificatꝰ
sum. Qui autem iudicat me: dominus
est. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare:
quoadusqꝫ veniat dominus. qui et illu
minabit abscondita tenebrarum: et ma
nifestabit cõsilia cordium. Et tũc laus
erit: vnicuiqꝫ a deo. Gr. Qui sedes dñe
super cherubin: excita potentiam tuam
et veni. ℣. Qui regis israel intende: qui
deducis velut ouem ioseph. Alleluya.
℣sus. Excita domine potentiam tuam
et veni: vt saluos facias nos. Sequẽtia
QUi regis sceptra/ forti dextra: so-
lus cuncta. Tu plebi tuam: ostẽ
de magnam: excitando potentiam. Pre
sta illi: dona salutaria. Quem predixe-
runt: prophetica vaticinia. A clara poli
regia. In nostra iesu: veni domine atua.
Secundum Matheum. xj.
IN illo tpe. Cum audisset iohãnes
in vinculis opera christi: mittens
duos de discipulis suis: ait illi. Tu es
qui venturus es: an aliũ expectamꝰ? Et
respondẽs iesus: ait illis. Euntes renun
ciate iohãni: que audistis et vidistis. Ce
ci vident/ claudi ambulant: leprosi mũ-
dantur. Surdi audiunt/ mortui resur-
gunt: pauperes euangelizantur. Et bea
tus est: qui nõ fuerit scãdalizatus i me.
Illis autẽ abeũtibus: cepit iesus dicere
ad turbas de iohãne. Quid existis i de-
sertũ videre? Arundinẽ vento agitatã?
Sed quid existis videre? Hoiem molli
bus vestitũ? Ecce q̃ mollibus vestiunt:
in domibus regũ sũt. Sed q̃d existis vi-
dere? Prophetã? Etiã dico vobis: ⁊ plꝰ
q̃ pphetã. Hic est eni: de quo scriptũ est.
Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem
tuã: qui preparabit viam tuã: ante te.
Offer. Bñdixisti dñe terrã tuã: auertisti
captiuitatẽ iacob: remisisti iniq̃tatẽ ple
bis tue. ℣. Operuisti oia pctã eor: mitiga
sti oẽz irã tuã. ℣. Ostẽde nobis dñe miãz
tuã: ⁊ salutare tuũ da nobis. Secreta.
DEuotiõis nr̃e tibi dñe q̃s hostia
iugiter immolet: q̃ et sacri pera
gat instituta mysterij: et salutare tuum
nobis mirabiliter operet. Per d. Prefa
tio quot. cõio. Dicite pusillanimes ꝯfor
tamini/ ⁊ nolite timere: ecce deus noster
veniet et saluabit nos. Postcõmunio.
IMploramus domine clemẽtiam
tuam: vt hec diuina subsidia a vi
cijs expiatos: ad festa ventura nos pre-
parent. Per dominum nostrum. ⁊c.
Feria.iiij. q̃tuor tpꝫ ad missã. Offi͠

RoꝛAte celi desup/et nubes plu
ant iustū:aperiat terra et ger
minet saluatoꝛē.ỽ. Et iusticia
oꝛiatur simul:ego dominꝰ creaui eum.
Sequatur oꝛatio sine Dominꝰ vobis
cum.sed tantum cum Oꝛemus. Oꝛatio

PResta quesumus omnipotēs de
us:vt redemptionis nostre ven
tura solennitas/et pꝛesentis nobis vite
subsidia cōferat:et eterne beatitudinis
pꝛemia largiatur. Per eundem.⁊ cetera.
Lectio Isaie prophete. ij.

IN diebus illis. Dixit isaias pphe
ta. Erit in nouissimis diebus pꝛe
paratus mōs domus dñi i vertice mon
tiū:et eleuabitur sup colles. Et fluēt ad
eum oēs gentes:et ibūt populi multi ⁊
dicent. Venite ascendamꝰ ad montem
dñi ⁊ ad domū dei iacob:et docebit nos
vias suas/et ambulabimus in semitis
eius:qꝛ de syon exibit lex ⁊ verbum dñi
de hierusalē. Et iudicabit gētes:⁊ argu
et populos multos. Et conflabunt gla
dios suos in vomeres:et lanceas suas i
falces. Non leuabit gens contra gentē
gladium:nec exercebūtur vltra ad pꝛe
lium. Domus iacob venite et ambule
mus i lumine dñe dei nostri. Gꝛ. Tol
lite portas pꝛincipes vestras:⁊ eleuami
ni poꝛte eternales ⁊ introibit rex gloꝛie
ỽ. Quis ascendet in montem domini/
aut quis stabit in loco sancto eius:inno
cens manibus et mundo coꝛde. Hic nō
repetatur gradale:sed statim sequatur
Dominus vobiscum.et Oꝛemus. Oꝛ.

FEstina quesumus dñe ne tarda
ueris ⁊ auxiliū nobis supne vir
tutis impende:vt aduētus tui cōsolati
onis subleuētur:ꝙ in tua pietate confi
dunt. Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre
⁊ cetera. Hic dicunt memoꝛie consuete.
Epla. Lectio Isaie prophete. vij.

IN diebus illis. Locutꝰ est domi
nus ad achaz dicens. Pete tibi si
gnum a domino deo tuo in pꝛofūdum
inferni:siue in excelsum supꝛa. Et dixit
achaz. Non petā:et nō temptabo dñm.
Et dixit. Audite ergo domꝰ dauid. Nū
qd parū vobis est molestos esse hoībus:
qꝛ molesti estis ⁊ deo meo? Pꝛopter hoc
dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo
cōcipiet ⁊ pariet filiū:⁊ vocabit nomen
eius emanuel. Butyꝛū ⁊ mel comedet:
vt sciat repꝛobare malū:⁊ eligere bonū
Gꝛ. Pꝛope est dominus oībus inuo
cantibus eum:omnibus inuocant eum i
veritate. ỽ. Laudē dñi loquet os meū:
et benedicat ois caro nomē sanctū eius.
Repetat gꝛ. Secundū Lucam. pꝛimo.

IN illo tpe. Missus est angelus ga
bꝛiel a deo in ciuitatē galilee cui
nomē nazareth:ad virginē desponsatā
viro cui nomē erat ioseph de domo da
uid/et nomē virginis maria. Et ingres
sus angelus ad eā:dixit. Aue gratia ple
na dñs tecū:benedicta tu in mulieribꝰ.
Que cū audisset turbata est in sermone
eius:⁊ cogitabat qualis esset ista saluta
tio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas maria:
inuenisti enī gratiā apud deū. Ecce con
cipies i vtero ⁊ paries filiū:et vocabis
nomen eius iesum. Hic erit magnus:et
filius altissimi vocabitur. Et dabit illi
dñs deus sedem dauid patris eius:⁊ re
gnabit in domo iacob in eternum/et re
gni eius non erit finis. Dixit autē ma
ria ad angelū. Quomodo fiet istud quo
niā virū non cognosco? Et respondens
angelus:dixit ei. Spiritus sanctus su
perueniet in te:⁊ virtus altissimi obum
bꝛabit tibi. Ideoqꝫ et qd nascet ex te sā
ctum:vocabitur filius dei. Et ecce eliza
beth cognata tua:et ipsa concepit filiū
in senectute sua. Et hic mensis est sextꝰ
illi que vocatur sterilis:quia nō erit im
possibile apud deū oē verbū. Dixit au
tē maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi:
secundum verbum tuum. Offert. Aue
maria gratia plena dominꝰ tecum:be
nedicta tu in mulieribus/⁊ benedictus
fructus ventris tui. ỽ. Ideoqꝫ et quod
nascetur ex te sanctum vocabit filꝰ dei

Et dicitur cum suo versu. Secreta.

SAlutari ieiunio competentes do-
mine hostias immolam⁹: presta
vt ad natiuitatē panis eterni his officijs
preparemur. Per eundē. Prefatio quo-
tid. Cōio. Ecce virgo ↄcipiet ꝛ pariet filiū:
ꝛ vocabit nomē ei⁹ emanuel. Postcōio

SAlutaris tui domine munere sa-
ciati/supplices deprecamur: vt cu-
ius letamur gustu renouemur effectu.
Per dominum nostrum iesum christū.

¶ Feria.vi.quattuor tpm. Officium.

PRope esto dn̄e: ꝛ omnes vie tue
veritas: initio cognoui de testi
monijs tuis: quia ineternū tu
es. ps. Beati immaculati i via: qui am-
bulant in lege domini. Oratio.

EXcita quesumus dn̄e potentiam
tuam et veni: vt hi q̄ in tua pieta
te confidunt ab omni citius aduersitate
liberentur. Qui viuis et regnas cū deo
patre. Lectio Isaie prophete. xj.

HEc dicit dn̄s de⁹. Egredietur vir-
ga de radice iesse: ꝛ flos de radice
eius ascendet. Et requiescet sup eū spiri
tus dn̄i: spiritus sapiētie et intellectus/
spiritus consilij ꝛ fortitudinis/ spiritus
sciētie et pietatis: et replebit eū spiritus
timoris dn̄i. Non secundū visionē ocu-
lorū iudicabit: neq̄ secundū auditū au-
riū arguet/ sed iudicabit i iusticia pau-
peres: et arguet in equitate pro mansue
tis terre. Et percutiet terrā virga oris
sui: et spiritu labiorū suoꝝ iterficiet im
piū. Et erit iusticia cingulū lūboꝝ ei⁹: ꝛ
fides cinctoriū renū eius. Gr. Ostende
nobis dn̄e miam tuam: et salutare tuū
da nobis. ℣. Benedixisti dn̄e terrā tuā:
auertisti captiuitatē iacob. Repetat᷑ gr.
Secundum Lucam. primo.

IN illo tpe. Exurgens maria abijt
in montana cū festinatione in ci-
uitatē iuda/ et itrauit i domū zacharie:
et salutauit elizabeth. Et factū est vt au
diuit salutationē marie elizabeth: exul
tauit infās in vtero eius. Et repleta est

spiritu sancto elizabeth: et clamauit vo
ce magna et dixit. Benedicta tu iter mu
lieres: et benedictus fructus vētris tui.
Et vnde hoc michi: vt veniat mater dn̄i
mei ad me? Ecce eni vt facta est vox sa-
lutationis tue in auribus meis: exulta-
uit in gaudio infās i vtero meo. Et bea-
ta que credidisti: quoniā perficientur ea
que dicta sunt tibi a dn̄o. Et ait maria.
Magnificat anima mea dn̄m: et exulta
uit spūs me⁹/ in deo salutari meo. Offr.
Deus tu conuersus viuificabis nos: et
plebs tua letabitur in te. ostende nobis
domine misericordiam tuam: et saluta
re tuum da nobis. ℣. Benedixisti domi
ne terram tuam/ auertisti captiuitatem
iacob: remisisti iniquitatem plebis tue.
℣. Misericordia et veritas obuiauerūt
sibi: veritas de terra orta est/ et iusticia
de celo prospexit. Secreta.

SAcrificijs quesumus dn̄e saluta-
ribus his diebus aptemur propē
sius: quibus illud est mysteriū celebran
dum: cui seruit oīs executio mandatorū
Per dn̄m. Prefatio quotid. Cōio. Ecce
dominus veniet: et omnes sancti ei⁹ cū
eo: et erit i die illa lux magna. Postcōio

PErfice quesumus dn̄e miam tuā
populo supplicanti: quem tuorū
refectum largitate donorū et instantius
gratiam postulare maiorem/ et fiducia
suis sperare cōcedas. Per d. ¶ Sabbō
quattuor tpm. Ad missam. Officium.

VEni et ostēde nobis faciem tu
am dn̄e qui sedes super cheru
bin: et salui erim⁹. ps. Qui re
gis israel intēde: qui deducis velut ouē
ioseph. Oēs orationes sine Dn̄s vobiscū
dicuntur: preter vltimā que est ante epi
stolam: sed tantū cum Oremus. Et oēs
lectiōes cū suis titulis legātur Orem⁹.

DEus qui cōspicis quia ex nostra
prauitate affligimur. concede p
picius: vt ex tua visitatione cōsolemur.
Qui viuis et regnas cum deo patre. ꝛc.
Lectio Isaie prophete. xix.

IN diebus illis. Clamabūt ad dominū a facie tribulātis: et mittet eis saluatorē & ꝓpugnatorē qui liberet eos. Et cognoscet dominus ab egypto: et cognoscent egyptij dñm in die illa: & colent eū in hostijs et muneribus/ et vota vouebunt dño: et soluent. Et percutiet dñs egyptū plaga: et sanabit eā. Et reuertētur egyptij ad dñm et placabitur eis: et sanabit eos: dominus deus noster. Gr. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsqz ad summum eius. V. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. Non repetat gr. sed dicat statim Oremus. Or.

COncede qs oīs deus: vt q sub peccati iugo ex vetusta seruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecū. Lectio Isaie prophete. xxxv.

HEc dicit dñs. Letabitur deserta & inuia: et exaltabit solitudo/ et florebit quasi liliū. Germinans germinabit: & exaltabit letabūda & laudās. Gloria libani data est ei: decor carmeli & saron. Ipsi videbunt gloriam dñi: & decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: & genua debilia roborate. Dicite pusillanimes confortamini: & nolite timere. Ecce deus noster: vltionē adducet retributionis: deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperient oculi cecorū: et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: et torrentes in solitudine. Et que erat arida in stagnū: et sitiens in fōtes aquarū. Ait dñs omps. Gr. In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanqȝ sponsus procedens de thalamo suo. V. A summo celo egressio eius: & occursus eius vsqz ad summum eius. Oratio.

INdignos nos qs dñe famulos tuos quos actiōis ꝓprie culpa cōtristat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui tecū viuit. Lctō Isaye pphete. xl.

HEc dicit dñs. Sup mōtem excelsum ascende tu q euangelisas syon: exalta in fortitudine vocem tuā qui euangelisas hierusalē. Exalta noli timere: dic ciuitatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: et brachiū eius dñabit. Ecce merces eius cū eo: et opus illius corā illo. Sicut pastor gregē suū pascet/ in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos dñs deus nr. Gr. Dñe deus virtutum cōuerte nos: & ostē de faciē tuā & salui erimus. V. Excita dñe potentiā tuā & veni: vt saluos facias nos. Sequat oremus. Or.

PResta qs oīs deus: vt filij tui ventura solēnitas/ et psētis nobis vite remedia cōferat: et premia eterna concedat. p eūd. Lctō Isaye prophete. xlv.

HEc dicit dñs xpo meo cyro/ cuius apprehendi dexteram: vt subijciam ante faciem eius gentes/ et dorsa regum vertā: et aperiā corā eo ianuas: et porte non claudent. Ego ante te ibo: et gliosos terre humiliabo. Portas ereas conterā: et vectes ferreos confringā. Et dabo tibi thesauros absconditos/ et archana secretorū: vt scias quia ego dñs/ q voco nomē tuū deus israel. Propter seruum meū iacob: et israel electū meū. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te & nō cognouisti me. Ego dñs et nō est alius/ extra me nō est deus. Accinxi te et nō cognouisti me: vt sciāt hi qui ab ortu solis/ et qui ab occidente qm absqz me non est deus. Ego dñs: et nō est alter, Formans lucē/ et creās tenebras: faciēs pacē/ & creans malū. Ego dñs: faciens oīa hec. Rorate celi desuper/ et nubes pluant iustū: aperiatur terra/ et germinet saluatorē: et iusticia oriatur simul. Ego dñs: creaui eū. Gr. Excita dñe potentiā tuā & veni: vt saluos facias nos. V. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph/ qui sedes super cherubin: appare coram effraim/ beniamin/ et manasse. Sequitur Oremus. Oratio.

PReces populi tui quesumus dñe clementer exaudi: vt qui iuste p peccatis nr̃is affligimur pietatis tue visitatione consolemur. Qui viuis & reg.

Lectio danielis prophete. iii.

ANgelus dñi descendit cũ azaria et socijs eiꝰ in fornacẽ: et excussit flammã ignis de fornace: & fecit medium fornacis quasi ventũ roris flantẽ Flamma autẽ diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouem: et incẽdit quos reppererit iuxta fornacẽ de chaldeis ministros regis qui eã incendebant. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis: neq contristauit: nec quicq̃ molestie intulit Tũc hi tres quasi ex vno ore: laudabãt et glorificabant: et benedicebant deum in fornace dicentes. Duo clerici de secũda forma: in superpellicijs ad gradum chori cantent tractum sequentem.

BEnedictꝰ es dñe deꝰ patrũ nr̃orum ℣. Et laudabilis et gloriosus in secula. Chorus idem repetat. Clerici. ℣. Et bñdictũ nomẽ glorie tue qd est sc̃tm Chorus dicat. Et laudabile et gloriosũ in secula. Clerici. ℣. Benedictus i tẽplo sancto glorie tue. Chorꝰ. Et laudabilis et gliosus i secula. Clerici. ℣. Benedictꝰ es sup thronũ sanctũ regni tui. Chorus Et laudabilis. &c. Clerici. ℣. Benedictꝰ es super septrũ diuinitatis tue. Chorꝰ. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictꝰ es qui sedes sup cherubin intuẽs abyssos Chorꝰ. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedictus es q̃ ambulas sup pennas vẽtorum. Chorus. Et laudabilis. Clerici. ℣. Benedicant te oĩs angeli et sancti tui. Chorus. Et laudẽt te et glorificẽt in secula. Clerici. ℣. Bñdicãt te celi/t͞ra/mare: & oĩa q̃ in eis sũt. Chorus. Et laudẽt te et glorificẽt in secula. Clerici. ℣. Glia patri et filio et spiritui sancto. Chorus. Et laus et honor: potestas & imperium Clerici. ℣. Sicut erat i principio & nũc et semper: et in secula seculorum amen Chorꝰ. Et laus et honor: potestas & imperiũ. Deinde clerici reincipiant primũ v͞sũ tractꝰ. et percãtetur a choro. Et postea dicat sacerd. Dñs vobiscũ. & Oremꝰ. orõ

DEus qui tribus pueris mitigasti flãmas igniũ: cõcede ppiciꝰ: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma viciorum. Per d. Hic dicũt mẽorie ↄsuete.

Epistola. Ad thessalonicenses. ij. ij.

FRatres. Rogamus vos p aduentum dñi nostri iesu xp̃i: et nostre congregationis i idipsũ: vt nõ cito moueamini a vestro sẽsu/neq terreamini. neq per spiritũ: neq per sermonẽ/neq per epistolã/tanq̃ p nos missã: quasi instet dies dñi. Neqs vos seducat vllo modo. Qm̃ nisi venerit discessio primũ. et reuelatus fuerit homo peccati filiꝰ perditionis. q̃ aduersat̃ et extollitur supra omne qd dicitur deꝰ. aut quod colit̃. ita vt in tẽplo dei sedeat/ostendẽs se tanq̃ sit deus. Non retinetis. q̃m cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tẽpore. Nam mysteriũ iam operat̃ iniquitatis: tantũ vt qui tenet/nũc teneat. donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus: quẽ dñs iesus interficiet spiritu oris sui. & destruet illustratione: aduẽtus sui. Duo clerici de sc̃da forma i capis nigris: ad grad chori simul dicant totum et integrũ istum tractũ.

QUi regis israel intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioseph. ℣. Qui sedes sup cherubin: appare corã effraim/beniamin/ & manasse. ℣. Excita domine potentiam tuam et veni: vt saluos facias nos. Secundum Lucam. iij.

ANno quītodecimo imperij tiberij cesaris. procurante pontio pylato iudeã. tetrarcha autẽ galilee herode. philippo autẽ fratre eius tetrarcha yturee/ & traconitidis regionis. & lysania abiline tetrarcha. sub principibꝰ sacerdotũ: anna et caypha/factum est verbum dñi super iohãnem zacharie filiũ in deserto. Et veni i omnem regionem

iordanis: p̄dicās baptismū penitētie / in remissionē peccatorū / sicut scriptū est in libro sermonum isaie prophete. Uox clamātis in deserto: parate viam domini / rectas facite semitas eius. Oīs vallis implebitur: et omnis mons ⁊ collis humiliabitur. Et erūt praua i directa / et aspera in vias planas. Et videbit oīs caro: salutare dei. Offerto. Exulta satis filia syon / predica hierusalē: ecce rex tuꝰ veniet tibi sāctus et saluator. Uẽsus. Loquetur pacem gentibus: et potestas eiꝰ a mari vsqꝫ ad mare: et a flumine vsqꝫ ad terminos orbis terre. Secreta.

Super has hostias fideliū domine quesumus propicio vultu respice: et quia nostris meritis non valemus: his potius muneribus tuo occursui cōmendemur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre. Prefatio quotid. Cōio. Exultauit vt gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius: et occursus eius vsqꝫ ad sūmū eius. Postcōio.

Quesumꝰ dñe deꝰ nr̄: vt sacrosancta mysteria que ꝓ reparatiōis nr̄e muninine cōtulisti: et presēs nobis remediū esse facias ⁊ futurū. Per d. In quacūqꝫ feria dies natiuitatis dñi cōtigerit: sēp ieiunia quattuor tpm̄ i tertia ebdōa aduētus dñi celebrent. ¶ Dominica.iiij.aduentus dñi. Ad missā Offm.

Memento nr̄i dñe in beneplacito ppl̄i tui: visita nos in salutari tuo ad videndū in bonitate electorū tuorū: in leticia gētis tue: vt lauderis cum hereditate tua. ℣. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus iniquitatem fecimus. Oratio.

Excita q̄s dñe potentiā tuā ⁊ veni: ⁊ magna nobis virtute succurre: vt per auxiliū gratie tue qđ nostra peccata prepediūt: indulgentia tue ꝓpiciationis acceleret. Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre. Ad philippenses. iiij.

Fratres. Gaudete in dño semper: iterū dico gaudete. Modestia vestra nota sit oībus hoībus: dñs enī ꝓpe est. Nichil solliciti sitis: sed i oī orōne et obsecratiōe. cū grāꝝ actione petitiones vestre / innotescāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sēsum: custodiat corda vestra: et intelligētias vestras. In xp̄o iesu: dño nr̄o. Gr̄. Prope est dñs oībus inuocantibꝰ eū: oībus q̄ inuocāt eū in veritate. ℣. Laudē dñi loquetur os meū: et benedicat omnis caro nomen sanctū eiꝰ. Alleluya. ℣. Ueni dñe et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Sequētia.

Iubilemꝰ oēs vna. Deo nr̄oq̄ creauit oīa. Per quem cuncta condita secula. Celoqꝫ plurima luce coruscat: ⁊ diuersa sūt sydera. Sol mūdi scema: noctiū decus luna / ceteraqꝫ splendentia. Mare / solū / alta / plana / ac ꝓfunda flumina. Aeris ampla spacia q̄ discurrunt aues venti: atqꝫ pluuia. Hec simul cuncta: tibi deo soli patri militant. Nunc ⁊ i euū sine fine per secla: laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra prolē vnicam. Pati in terram misisti: sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas p̄camur: vt corpora nostra et corda. Regas et protegas: et dones peccatorum veniā. Secundum Johannem. primo.

In illo tempore. Miserūt iudei ab hierosolimis sacerdotes ⁊ leuitas ad iohannē: vt īterrogarēt eum. Tu q̄s es? Et confessus est / et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego christus Et interrogauerūt eū. Quid ergo? Helyas es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerūt ergo ei. Quis es: vt responsum demꝰ his q̄ miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viam dñi. sicut dixit isaias ꝓpheta Et qui missi fuerant: erant ex phariseis Et interrogauerunt eum: ⁊ dixerunt ei Quid ergo baptizas: si tu nō es christꝰ / neqꝫ helyas / neqꝫ propheta? Respondit eis iohānes dicēs. Ego baptizo i aqua: medius autem vestrum stetit quem vos

nescitis. Ipse est q̄ post me venturus est.
qui ante me factus est: cuius ego non sū
dignus vt soluā eius corrigiā calciamē
ti. Hec in bethania facta sunt trans ior
danem: vbi erat iohannes baptizans.
Offert. Confortamini et iam nolite ti-
mere: ecce enī deꝰ noster retribuet iudi-
cium: ipse veniet et saluos nos faciet. ℣.
Tunc aperient oculi cecoꝝ et aures sur
doꝝ audient: tūc ascēdet claudꝰ quasi
ceruꝰ et clara erit lingua mutoꝝ. Secr.

SAcrificijs presentibus q̄s dn̄e pla
catus intēde: quibus ad filij tui
natiuitatem suscipiendā purificemur.
Per eundē. Prefatio quotid. Cōio. Ec-
ce virgo concipiet et pariet filiū et voca
bitur nomen eius emanuel. Postcōio.

POpulū tuū q̄s dn̄e donoꝝ tuoꝝ
largitate prosequere: vt a malis oī
bus sacramentoꝝ tuoꝝ virtute protectꝰ:
ad ineffabile ministerium celebrādum/
et mente preparet et corpore. Per dn̄m.

Feria.iiij. Lectio Johelis prophete.ij.

HEc dicit dn̄s. Exultate filie syon:
et letamini in dn̄o deo vestro. qui
dedit vobis doctorē iusticie: et descende
re faciet ad vos imbrē matutinū ⁊ sero
tinum: sicut i principio. Et implebunt
aree frumēto: et redundabunt torcula-
ria vino ⁊ oleo. Et scietis: quia ego dn̄s
deus vester habitans in syon in monte
sancto meo et in hierusalem sācta. et a-
lieni non transibunt per eam amplius.
Et erit in die illa. stillabunt mōtes dul
cedinem: et colles fluent lacte/ et per oēs
riuos iuda ibunt aque/ ⁊ fons de domo
dn̄i egredietur: et irrigabit torrētē spina-
rū. Egyptus in desolationē erit/ et idu-
mea in desertū perditionis: pro eo q̄d ini
que egerūt i filios iude/ et effuderūt san
guinē innocentē in terra sua. Et iudea
ineternū habitabit: ⁊ hierusalē in gene
ratione ⁊ generationē. Et mūdabo san
guinē eoꝝ quē non mundauerā: et dn̄s
cōmorabit in syon a seculo: et vsq; in se
culum. Secundum lucam. vij.

IN illo tp̄e. Exijt sermo iste in vniuer
sam iudeā de iesu: et oīm circa re
gionē. Et nunciauerūt iohāni discipuli
eius: de oībus his. Et conuocauit duos
de discipulis suis iohēs: ⁊ misit ad iesū
dicēs. Tu es q̄ venturus es: an aliū expe
ctamus? Cū aūt venissent ad eum viri:
dixerūt. Johānes baptista misit nos ad
te: dicēs. Tu es q̄ venturus es. an aliū ex
pectamꝰ? In ipsa aūt hora: curauit mul
tos a lāguoribus suis ⁊ plagis/ ⁊ spiri-
tibus malis: et cecis multis donauit vi
sū. Et respōdēs: dixit illis. Eūtes renū-
ciate iohanni: q̄ vidistis ⁊ audistis. Q2
ceci vidēt/ claudi ābulāt/ leprosi mūdan
tur/ surdi audiūt/ mortui resurgūt/ pau
peres euāgelizant. Et beatus est q̄ non
fuerit scandalizatus in me. Et cū disces
sissent nūcij iohis: cepit dicere de iohan
ne ad turbas. Quid existis in desertum
videre? Arūdinē vēto agitatā? Sz q̄d
existis videre? Hoiem mollibꝰ vestimē-
tis idutū? Ecce q̄ in veste preciosa sūt/
et i delicijs: in domibꝰ regū sūt. Sz q̄d
existis videre? Prophetā? Utiq; dico vo
bis: ⁊ plusq̄ prophetā. Hic est de quo scri
ptū est. Ecce mitto āgelū meū āte faciē
tuā: q̄ preparabit viā tuā ante te. Dico
eni vobis: maior iter natos mulierū pro-
pheta iohē baptista nemo est. Qui autē
minor est in regno celoꝝ: maior est illo.

Feria.vj. Lectio zacharie prophete. ix.

HEc dicit dn̄s. Lauda ⁊ letare filia
syon: q2 ecce ego venio et habita-
bo in medio tui: ait dn̄s. Et applicabūt
gētes multe ad dn̄z i die illa: ⁊ erūt mi
chi in ppl̄m. Et habitabo in medio tui:
et scies q2 dn̄s exercituū misit me ad te.
Et possidebit dn̄s iudā partē suā in ter
ra sanctificata: ⁊ eligit adhuc hierusalē
Sileat oīs caro a facie dn̄i: q2 cōsurrexit
de habitaculo sācto suo. Dicit dn̄s: oīps.
Secundum Marcum. viij.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis
suis. Uidete et cauete a fermento
phariseoꝝ: et fermento herodis. Et cogi

tabant ad alterutrū dicentes: q2 panes nō habemus. Quo agnito: ait illis ie9 Quid cogitatis: q2 panes nō habetis? Nondū cognoscitis/nec itelligitis? Ad huc cecatū habetis cor vestrū. Oculos habētes nō videtis: et aures habētes nō auditis? Nec recordamini qñ quinq3 panes fregi i qnq3 milia/et quot cophinos fragmētor plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodeci. Qñ et septē panes in quattuor milia hoim: quot sportas fragmētor tulistis? Et dicūt ei. Septē. Et dicebat eis. Quō nondū intelligitis? Et veniūt bethsaida: et adducūt ei cecū. Et rogabāt eū: vt illū tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eū extra vicum. Et expuēs in oculos eius/et ipositis manibus suis: iterrogauit eū si aliqd videret Et aspiciens: ait. Uideo hoies: velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus sup oculos eius: et cepit videre. Et restitutus est: ita vt clare videret oia/et misit illū i domū suā dicēs Uade in domū tuā: et si in vicū introieris: nemini dixeris. ¶ In vigilia natiuitatis domini. Ad missam Officium.

Hodie scietis quia veniet dñs et saluabit vos: et mane videbitis gloriā eius. ps. Dñi est terra et plenitudo ei9 orbis terrarū: et vniuersi q habitāt in eo. Si hec vigilia in dñica euenerit: dicit cātus sup Kyrie. Sanct9. et Agnus. sicut in festo simplici. ix. lect. sin autē dicitur cantus ferial. Oratio.

Deus qui nos redemptiōis nre annua expectatiōe letificas/psta: vt vnigenitū tuū quē redēptorē leti suscipimus: venientē quoq3 iudicē securi videamus dñm nrm iesū xp̄m filiū tuū. Qui te. Nulla fiat meō. Unus puer acolit9 legat hāc lc. alba idut9 ad gradū chori: tñ si dñica fuerit legat i pulpito et sēp cū suo titulo. Lectio Isaie pphē. lxij

Hec dicit dñs. Propter syon nō tacebo/et pp̄ter hierusalē nō qescā: donec egrediat vt splēdor iustus eius/et saluator eius vt lāpas accēdat. Et videbunt gētes iustū tuū: et cuncti reges inclytū tuū. Et vocabit tibi nomē nouū: qd os dñi nominauit. Et eris corona glorie i manu dñi: et diadema regni in manu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: et terra tua nō vocabit ampli9 desolata. Sed vocaberis volūtas mea i ea: et terra tua inhabitabit: q2 cōplacuit dño in te. Deinde absq3 interuallo legatur. Epistola. Ad romanos. primo.

Fratres. Paulus seru9 iesu xp̄i. vocatus apostolus. segregatus i euāgeliū dei: qd ante pmiserat per prophetas suos in scripturis sāctis de filio suo. q factus est ei ex semine dauid scdm carnē: q pdestinatus est fili9 dei in virtute scdm spm sāctificatiōis ex resurrectione mortuor iesu xp̄i dñi nri p quē accepimus grām et apostolatū. ad obediēdum fidei in oibus gētibus p noie eius In qbus estis et vos vocati: iesu xp̄i dñi nostri. Gr. Hodie scietis q2 veniet dñs et saluabit nos: et mane videbitis gloriam eius. V. Qui regis israel intēde: q deducis velut ouē ioseph. q sedes sup cherubin: appare corā effraim/ beniamin et manasse. Si hec vigilia i dñica euenerit: missa de dñica in capitulo dr: et fiat tūc meōria de sctā maria/et de oib9 sctis tm̄. Missa vero de vigilia ad autenticū altare: sine aliqua meōria cū hoc Alla. V. Crastina die delebit iniquitas terre: et regnabit sup nos saluator mūdi. Sequentia. Jubilemus. vts. in dñica. iij. aduēt9 dñi. fol. vij. Si vo dñica nō fuerit: tunc Alla et sequētia pretermittant. Secundum Matheum. primo.

In illo tpe. Cū esset desposata mater iesu maria ioseph: anteq3 conuenirēt/ inuēta est i vtero habēs de spū sctō. Joseph aūt vir eius cū esset iustus et nollet eam traducere. voluit occulte dimittere eā. Hec aūt eo cogitante: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei dicens Joseph fili dauid: noli timere accipere

mariā cōiugē tuā. Qđ enī in ea natū est
de spū sctō est. Pariet autē filiū: ꝛ voca-
bis nomē eius iesū. Ipse enī saluū faciet
ppl'z suū: a pctis eoꝝ. Offer. Tollite por-
tas pncipes vras: ꝛ eleuamini porte eter-
nales: et itroibit rex glie. V. Dñi est ter-
ra et plenitudo eius orbis terrarū/ ꝛ vni-
uersi q habitāt in eo. Iste V. si dñica fue-
rit eo anno pretermittatur. Secreta.

Da nobis q̄s omīps deus: vt sicut
adorāda filij tui natalicia preue-
nimus: sic eius munera capiamus sēpiter-
na gaudētes. Per eūd. Prefatio quotid.
Coio. Reuelabit glia dñi: ꝛ videbit ois
caro salutare dei nostri. Postcōio.

Da nobis q̄s dñe vnigeniti filij
tui recensita natiuitate respira-
re: cuius celesti mysterio pascimur et po-
tamur. Per eundē. In nocte natiuita-
tis dñi post. ix. lect. cantet hoc euangeli-
um in pulpito a diacono. Mathei. i.

Liber generationis iesu xpi filij
dauid: filij abrahā. Abrahā aūt:
genuit isaac. Isaac autē: genuit iacob.
Iacob autē: genuit iudā ꝛ fratres eius
Iudas autē: genuit phares et zarā de
thamar. Phares autem: genuit esrom.
Esrom autē: genuit arā. Arā autē: genu-
it aminadab. Aminadab autē: genuit
naason. Naason autem: genuit salmon
Salmon autem/ genuit booz de raab.
Booz aūt/ genuit obeth ex ruth. Obeth
autē/ genuit iesse. Iesse autē/ genuit da-
uid regē. Dauid aūt rex/ genuit salomo-
nē: ex ea q fuit vrie. Salomon autem:
genuit roboam. Roboam autem/ genu-
it abiam. Abias autem: genuit asa. Asa
autē/ genuit iosaphat. Iosaphat autē/
genuit iorā. Ioras autē/ genuit oziam.
Ozias autē/ genuit ioathan. Ioathan
autē/ genuit achaz. Achaz autē/ genuit
ezechiā. Ezechias autē/ genuit manassē
Manasses autē/ genuit amon. Amon
autē/ genuit iosiā. Iosias autē/ genuit
iechoniā: et fratres eius in transmigra-
tione babilonis. Et post transmigratio-
nē babilonis iechonias genuit salathiel
Salathiel autē: genuit zorobabel. Zoro-
babel autē genuit abiud. Abiud aūt ge-
nuit eliachim. Eliachi aūt genuit azor.
Azor aūt genuit sadoch. Sadoch aūt
genuit achim. Achim aūt genuit eliud.
Eliud āt genuit eleazar. Eleazar aūt ge-
nuit matā. Matā aūt genuit iacob. Ia-
cob aūt genuit ioseph virū marie: de qua
natus est iesus: q vocat xps. Finito euā-
gelio: sacer. icipiat p̄s Te deū laudamus.
Quo dicto rectores chori incipiāt missā.
¶ Ad missam in gallicantu. Officium

Dominus dixit ad me filius meus
es tu: ego hodie genui te. Ps.
Quare fremuerūt gētes: ꝛ po-
puli meditati sūt inania. Kyrie. cū suis V.
Sequatur Gloria in excelsis deo. more
duplicis festi. Sciendum est q semper
ad missam d' Gloria in excelsis. quoti-
ens ad matuti. d' Te deum laudamus
nisi missa Salus ppli. vel missa de cruce
vel missa dñicalis in aliquo festo. iij. lec.
vel infra oct. sine regimine chori cantā-
da fuerit. Qñ vo aliqua missa de vigil.
vel de festo. iij. lec. i cap. die dñica d': tūc
etiā d' cātus sup Kyrie. Glia in excelsis.
qñ d' Sanctus. et Agnus. et Ite missa est
sicut in festo. iij. lect. Similiter fiat quā-
do d' missa dñicalis in caplo die dñica.
Tunc etiam dicetur Credo. Oratio.

Deus q hāc sacratissimā noctē ve-
ri luminis fecisti illustratiōe cla-
rescere. da q̄s: vt cuius lucis mysteria i
terra cognouimus. eius quoq gaudijs
in celo perfruamur. Qui tecum viuit.
Duo clerici de scda forma in capis seri-
cis in pulpito simul cantent lectionem

Laudes deo dicā p secula: qui me
plasmauit i manu dextera atq
redemit cruce purpurea sanguine nati.
Hic cātet alternati. Lectio ysaie pphete
In qua xpi lucida: vaticinat natiui-
tas. Hec dicit dñs. Pater/ filius/ spūs sā-
ctus: in quo sunt oia cōdita supna atq
ima. Populus gentiū q ambulabat in

tenebris. Que creasti: quē fraude sub-
dola hostis expulit paradyso/ & captiua
cū secū traxit ad tartara Uidit lucē ma
gnā. Fulserunt et immania nocte me
dia pastoribus lumina. Habitantibus i
regione vmbre mortis: lux. Sempiter-
na & redēptio vere nostra. Orta est eis.
O stupēda natiuitas. Paruul⁹ enī na-
tus est nobis. Magn⁹ hic erit iesus fili⁹
dei. Et fili⁹. Patris summi. Dat⁹ est no-
bis. Ab arce summa predictū sic erat. Et
factus est principatus sup humerū ei⁹.
Ut celos regat atq₃ arua. Et vocabit
nomen eius. Messias/sother/emanuel/
sabaoth/adonay. Admirabilis. Radix
dauid. Consiliarius dei patris. Deus.
Qui creauit oīa Fortis Baratri clau
stra perimēs teterrima. Pater futuri se
culi. Rex oīpotēs et cuncta regēs. Prin-
ceps pacis. Hic & in euū. Multiplicabi
tur eius īperiū. In hierusalē iudea si-
ue samaria. Et pacis nō erit finis. Per
secula sempiterna. Sup soliū dauid: et
sup regnū eius sedebit. Et regni meta
sui non erit aliqua. Et confirmet illud.
In fidei pignore. Et corroboret in iudi
cio & iusticia. Iudex cū venerit iudica-
re seculū. Amodo. Illi debetur gloria.
laus & iubilatio. Et vsq₃ in sempiternū
Hic cātēt simul vsq₃ ad finē. Ab ortu so
lis vsq₃ occiduos: ad fines mundi orbis
p climata laus creatori resonet cōgrua.
Tunc dicat dña. Ubi nō habet cantus le-
gatur. Lectio isaie prophete. ix.

Hec dicit dñs. Populus gētium q̄
ambulabat in tenebris vidit lucē
magnā. Habitantibus in regione vm-
bre mortis: lux orta est eis. Paruul⁹ enī
natus est nobis: et fili⁹ datus est nobis.
Et factus est principatus super humerū
eius: et vocabitur nomen eius admira-
bilis consiliarius/deus fortis: pater fu-
turi seculi: princeps pacis. Multiplicabi
tur eius imperium: et pacis non erit fi-
nis. Super soliū dauid/& sup regnum
eius sedebit: vt confirmet illud et corro

boret ī iudicio & iusticia. Amodo: & vsq₃
in sempiternū. Sine interuallo. Lectio
epistole beati pauli apostoli. Ad titū. ii.

Carissime. Apparuit grā dei sal-
uatoris nostri oībus hoībus eru
diēs nos: vt abnegātes ipietatē et secula
ria desideria sobrie & iuste & pie viuam⁹
ī hoc sclo: expectātes beatā spē/ et aduen
tū glie magni dei: & saluatoris nr̄i iesu
xpi. Qui dedit semetipsū p nobis: vt nos re
dimeret ab oī iniq̄tate/ et mundaret sibi
populū acceptabilē sectatorē bonor̄ ope
rū. Hec loquere: et exhortare. In xpo ie-
su: dño nostro. Gr. Tecū principiū ī die
virtutis tue in splēdoribus sanctor̄: ex
vtero āte luciferū genui te. V. Dixit dñs
dño meo: sede a dextris meis. Donec po-
nam inimicos tuos: scabellū pedū tuo-
rum. Alla. V. Dominus dixit ad me fili
us me⁹ es tu ego hodie genui te. Seq.

Nato canunt oīa dño pie agmina
Sillabatim neumata: pstringēdo
organica. Hec dies sacrata: in qua noua
sunt gaudia mūdo plene edita. Hac no-
cte precelsa: intonuit & gloria: in voce an
gelica. Fulserūt et imania: nocte media
pastoribus lumina. Dū fouēt sua peco-
ra: subito diua pcipiūt monita. Natus
alma vgine. q̄ extat ante scla. Est immē-
sa in celo glia: pax et in terra. Hic ergo
celi caterua: altissime iubilat. Et tanto
canore tremat alta poli machina. So-
net et oīa: hac in die glia/ voce clara red
dita. Humana cōcrepēt cūcta: deū natū
in terra. Cōfracta sūt iperia: hostis cru
delissima. Pax ī terra reddita: nūc letē
tur oīa nati p exordia. Sol⁹ q̄ tuet oīa.
Solus q̄ condidit oīa. Ipse sua pietate sol
uat oīa petā nr̄a. Euāgelium more du-
plicis festi. Secundum lucam. ii.

In illo tpe. Exijt edictū a cesare au
gusto: vt describeretur vniuersus
orbis. Hec descriptio: prima facta est a
preside syrie cirino. Et ibāt oēs: vt profi
terent singuli in suā ciuitatē. Ascendit
autem & ioseph a galilea de ciuitate na

zareth in iudeam ciuitatem dauid/que
vocatur bethleem. eo q̄ esset de domo et
familia dauid: vt profiteretur cū maria
desponsata sibi vxore pregnante. Factū
est autem cum essent ibi: impleti sūt di-
es vt pareret. Et peperit filiū suum: pri
mogenitum. Et pannis eū inuoluit: et
reclinauit eū in presepio / q̄z non erat ei
locus in diuersorio. Et pastores erant in
regione eadem vigilantes: et custodien
tes vigilias noctis supra gregem suum
Et ecce angelus dn̄i stetit iuxta illos: et
claritas dei circunfulsit illos/ et timue-
rūt timore magno. Et dixit illis angel9
Nolite timere. Ecce eni͂ euangelizo vo-
bis gaudiū magnū qđ erit oī populo: q̄z
natus est vobis hodie saluator q̄ est xp̄s
dn̄s i ciuitate dauid. Et hoc vobis sig-
nū. Inuenietis īfantē pānis inuolutū:
et positū in presepio. Et subito facta est
cum angelo: multitudo militie celestis:
laudantiū deū et dicentiū. Gloria i altis
simis deo: & in terra pax hominibus: bo
ne voluntatis. Credo. Offert. Letentur
celi & exultet terra ante faciem domini:
quoniam venit. Secreta.

Accepta sit tibi dn̄e q̄s hodierne
festiuitatis oblatio: vt tua grā
largiente p hec sacrosancta cōmertia in
illius inueniamur forma i quo tecum
est nostra substantia iesus xp̄s dn̄s nr̄.
Qui tecum. Prefatio. Quia per incar-
nati. Hec pfatio d̄r in natiuitate dn̄i ad
oēs missas: & quotidie p ebdōam: et i die
circūcisionis dn̄i: & in oīb9 missis de san
cta maria: ab hac die vsq̄z ad purifi. Cō
municantes. vero d̄r tātum vsq̄z ad cir-
cūcisionem: et in die circūci. Cōmunio.
In splendoribus sanctorum ex vtero an
te luciferum genui te. Postcōio.

Da nobis q̄s dn̄e de9 noster: vt q̄
natiuitatem dn̄i nostri iesu xp̄i
nos frequentare gaudemus: dignis cō-
uersationibus ad eius mereamur per-
tingere consortium. Qui tecum viuit.
¶ Ad missam in aurora. Officium.

Lux fulgebit hodie sup nos: q̄z
natus est nobis dn̄s/ et voca-
bitur admirabilis de9: prin-
ceps pacis/ pater futuri seculi: cui9 regni
nō erit finis. Ps. Dn̄s regnauit decorem
indut9 est: indut9 est dn̄s fortitudinem
et precinxit se. Ad hāc missā Kyrie. absq̄z
oīb9 Glia i excelsis. Sāct9. et Agnus.
sicut i festo simplici. ix. lect. dr̄. Oratio.

Da q̄s oīps de9: vt q̄ noua icarna-
ti verbi tui luce pfundimur hoc
in nostro resplendeat opere: qđ p fidem
fulget in mēte. Per eundē. Memoria de
sancta anastasia cū hac oratiōe. Oratio

Da q̄s oīps de9: vt q̄ beate anasta
sie martyris tue solēnia colim9:
ei9 apud te patrocinia sētiam9. Per. Ad
hāc missā nō dr̄ plures orōnes vel pau
ciores. Seq̄ns lc. legat̄ i pulpito ab vno
clerico de scđa forma. Lctō isaie pphē. lxi.

Hec dicit dn̄s. Spūs dn̄i sup me:
eo q̄ vnxerit me. Ad annuncian-
dum māsuetis misit me. vt mederer cō
tritis corde: et predicarem captiuis in-
dulgentiam. et clausis apertionem. Ut
predicarē annū placabilē dn̄o: et diē vl
tionis deo nostro. Ut consolarer oēs lu-
gentes: & ponerē fortitudinē lugētibus
syon. Et darē eis coronā p cinere: oleum
gaudij p luctu. palliū laudis p spū me
roris. Et vocabunt̄ in ea fortes iusticie:
plantatio dn̄i ad glorificādum. Ecce do
minus auditum fecit: in extremis terre
Dicite filie syon. Ecce saluator tuus ve
nit: ecce merces eius cū eo. & opus illius
corā illo. Et vocabunt eos populus san
ctus: redempti a dn̄o. Sine interuallo.
Lectio epl̄e bti pauli apl̄i. Ad titum. iij.

Carissime. Apparuit benignitas
et humanitas: saluatoris nr̄i dei
Non ex operibus iusticie q̄ fecim9 nos:
sz scđz suā miaz saluos nos fecit. Per la
uacrū regeneratiōis et renouatiōis sp̄s
sancti: quē effudit in nos abunde p iesū
xp̄z saluatorē nostrū. Ut iustificati gra-
tia ipsius: heredes simus scđm spem vi

te eterne. In xpo iesu: dño nostro. Grad.
Benedictus qui venit i nomine dñi: de-
us dominus et illuxit nobis. ℣. A dño
factum est istud: et est mirabile i oculis
nostris. Alleluya. ℣. Dominus regna
uit decorem induit: induit dñs fortitudi
nem et precinxit se virtute. Sequentia
S Onet regi nato noua cãtica. Cu-
ius pater fecit oïa: mater est vir-
go sacratissima. Generans hic nescit fe-
minã: illa est sine viro grauida. Uerbũ
corde patris genitũ ante secula. Ilius
matris gessit corporatũ p tẽpora. O mi-
ra genitura: o stupenda natiuitas. O p
les gloriosa: humana diuinitas. Hic te
nasciturũ: filii dei vates docti tuo spũ di
xerãt. Hic te oriẽte: laudes tibi cãtãt: pa
cẽ terris angeli nũciant. Elemẽta vult9
exhilarãt. Oẽs scti gaudẽtes iubilant.
Salue clamãdo nosq3 salua. Deitas i p
sõis trina. Siplex vsia. Euãgeliũ i pul-
pito more dñicali legat. Scdm lucã. ii.
IN illo tpe. Pastores loquebãt ad
inuicẽ. Transeamus vsq3 bethle-
em: et videamus hoc verbũ qd factũ est
qd fecit dñs et ostendit nobis. Et vene-
runt festinantes: et inuenerũt mariã et
ioseph/ z infantẽ positum in presepio. Ui
dentes aũt: cognouerũt de verbo quod
dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes
qui audierant mirati sunt: z de his que
dicta erant a pastoribus ad ipsos. Ma-
ria autem cõseruabat oïa verba hec: cõ-
ferens i corde suo. Et reuersi sunt pasto
res glorificantes et laudantes deum: in
oïbus que audierant et viderant: sicut
dictũ est ad illos. Credo. Offer. De9 eni
firmauit orbẽ trẽq nõ cõmouebit: para
sedes tua de9 extũc a seculo tu es. Secr.
M Unera nr̃a q̃s dñe natiuitatis
hodierne mysteriis apta pueni-
ant: vt sicut homo genitus. idẽ refulsit
deus: sic nobis hec terrena substãtia con
ferat qd diuinũ est. Per eũd. Alia secr.
A Ccipe q̃s dñe munera dignãter
oblata: z beate anastasie suffragãs

tibus meritis ad nr̃e salutis auxiliũ per
uenire concede. Per dñm nr̃m. Prefatio z
Cõicãtes. vt s. Cõio. Exulta filia syon:
lauda filia hierusalẽ ecce rex tuus venit
sanctus et saluator mundi. Postcõio.
H Uius nos dñe q̃s sacramenti sẽp
natalis nouitas instauret: cui9 na-
tiuitas singularis humanã repulit ve-
tustatem. Per eundem. Alia postcõio.
S Atiasti dñe familiã tuã muneri-
bus sacris: eius q̃sumus semper
interuentione nos refoue: cui9 solennia
celebram9. Per dominũ. ℂ Ad tertiam
missam in die natiuitatis dñi. Officiũ.
P Uer nat9 est nobis: et filius
datus est nobis: cui9 iperiũ
super humerum eius: et vo
cabitur nomẽ eius magni
consilii angelus. Ps. Cãtate dño canticũ
nouũ: quia mirabilia fecit. Oratio.
C Oncede q̃s oĩps deus: vt nos vni
geniti tui noua p carnem natiui
tas liberet: quos sub pcti iugo vetusta
seruitu9 tenet. Qui tecũ. Sequẽs lr. lega
tur in pulpito ab aliquo de supiori gra
du i supppellicio. Lectio ysaie pphete. lii.
H Ec dicit dñs. Propter hoc sciet po
pulus meus nomẽ meũ in die il-
la: q2 egoipse qui loquebar ecce assum.
Quã pulchri sup montes pedes annun
ciantis et predicãtis pacẽ: annũciantis
bonũ/ predicantis salutem: dicẽs syon.
Regnabit deus tuus. Uox speculatorũ
tuorũ leuauerunt vocẽ. simul laudabũt
quia oculo ad oculũ videbunt: cum con
uerterit dñs syon. Gaudete et laudate
simul deserta hierusalem: quia consola
tus est dñs populũ suum. redemit hie-
rusalem. Parauit dñs brachiũ sãctum
suũ in oculis omniũ gẽtium: z videbũt
omnes fines terre: salutare dei nostri.
Ad hebreos. primo.
F Ratres. Multipharie multisq3
modis. olim de9 loquẽs prib9 in
pphetis: nouissime diebus istis. locut9
est nobis in filio. quẽ cõstituit heredem

vniuersoꝝ: p quē fecit et secula. Qui cū
sit splendor glorie ⁊ figura substātie ei⁹:
portansq; omnia verbo virtutis sue pur
gationē pctōꝝ faciens. sedet ad dexterā
maiestatis in excelsis: tanto melior an-
gelis effectus. quanto differentius pre il
lis nomen hereditauit. Cui eni dixit ali
quādo angeloꝝ. filius meus es tu: ego
hodie genui te? Et rursū. Ego ero illi in
patrē: ⁊ ipe erit michi in filiū. Et cū iterū
introducit primogenitum i orbē terre:
dicit. Et adorent eum: oēs angeli dei.
Et ad angelos qdē dicit. Qui facit an-
gelos suos spūs: et ministros suos flam
mā ignis. Ad filiū autē. Thronus tu⁹
deus i seculū seculi: virga equitatis vir
ga regni tui. Dilexisti iusticiā et odisti
iniquitatē: ppterea vnxit te deus deus
tu⁹ oleo exultatiōis / pre participib⁹ tuis
Et tu i pricipio dñe terrā fūdasti: et opa
manuū tuarū sūt celi. Ipi pibūt tu au
tē pmanebis: ⁊ oēs vt vestimentū vete-
rascēt. Et velut amictū mutabis eos: ⁊
mutabūt. Tu aūt idē ipe es: et anni tui
nō deficiēt. Gr. Viderūt oēs fines terre
salutare dei nři: iubilate deo ois terra. ℣.
Notū fecit dñs salutare suum āte cōspe
ctū gentiū reuelauit iusticiā suā. Alla.
℣. Dies sanctificatus illuxit nobis: ve-
nite gētes ⁊ adorate dñm: q2 hodie descē
det lux magna sup terram. Sequentia

Celeste organū: hodie sonuit i ter-
ra. Ad partū virginis superū ce
cinit caterua. Quid facis humana tur-
ba: cur nō gaudes cū supa. Vigilat pa
stor cura vox audit angelica. q̄ cātabāt
inclita carmina: plena pace ⁊ gloria. Ad
xp̄m referūt ppria nobis canūt ex gr̄a.
Nec cūctoꝝ sūt hec dona: sed mens quo
rū erit bona. Nec sūt absolute data: sed
decēter sunt plata. Affectus deserāt vi-
tia ⁊ sic nobis pax est illa: q2 bonis est p
missa. Iūgunt superis terrea: ob hoc q̄-
dē laus est iuncta / sed decēter sit diuisa.
Gaude homo: cū ppendis talia. Gaude
caro: facta verbi socia. Iste .ii. ter dicat.

Nunciāt eius ortū sydera: lucis p indi-
cia. Ineūt duces gregū lumina: bethle-
em vsq; preuia. Inuenitur rex celoꝝ: in
ter animalia. Arto iacet in presepe: rex q̄
cingit omnia. Stella maris: quē tu pa
ris / colit hūc ecclesia. Ipsi nostra: per te
pia placeant seruitia. Resonent cuncta
redempta. Initium sancti euangelij
Secundum iohannem. primo.

In principio erat verbū. Et verbū
erat apud deū. Et de⁹: erat verbū.
Hoc erat in principio: apud deū. Omia
p ipm facta sunt: et sine ipso factū est ni
chil. Qđ factū est: in ipo vita erat. Et vi
ta erat lux hoim. Et lux i tenebris lucet:
et tenebre eā nō cōprehenderūt. Fuit ho
mo missus a deo: cui nomen erat iohēs
Hic venit in testimoniū vt testimoniū
phiberet de lumine: vt oēs crederēt p il-
lū. Nō erat ille lux: sed vt testimonium
phiberet de lumine. Erat lux vera q̄ il-
luminat oēm hoiem venientē i hūc mū
dū. In mūdo erat: et mūd⁹ p ipm fact⁹
est: ⁊ mūdus eum nō cognouit. In pro
pria venit: ⁊ sui eū nō receperūt. Quot-
quot autē receperūt eū dedit eis potesta
tē filios dei fieri / his q̄ credūt in noie ei⁹
Qui nō ex sanguinib⁹ / neq; ex volūta-
te carnis / neq; ex voluntate viri: sed ex
deo nati sunt. Et verbū caro factū est: ⁊
habitauit in nobis. Et vidim⁹ gloriam
ei⁹: gloriā quasi vnigeniti a pře. Plenū
gratie et veritatis. Offr̄. Tui sūt celi ⁊
tua est terra orbem terrarum et plenitu
thꝛonũ q̃ iudicas eq̃tatẽ: icrepaſti gẽtes
et periit ipius: iudicare pplm̃ cũ iuſticia
et factus eſt refugiũ pauperũ. Secreta
Hoſtias tibi dñe deferim⁹ immolan
das q̃ tẽpoꝛalẽ cõſolationẽ nobis
ipẽdãt: vt ꝓmiſſa certius nõ deſperem⁹
eterna. Per. Cõio. Redime me de⁹ iſrael:
ex oĩbus anguſtijs meis. Poſtcõio.
Da q̃s oĩps deus: vt q̃ diuina ſũt
iugiter exequẽtes. donis mere-
amur celeſtib⁹ ꝓpinquare. Per d. Sup
pplm̃ Humiliate capita vr̃a deo. Orõ.
Da nobis q̃s dñe pſeuerãtẽ in tua
volũtate famulatũ: vt in dieb⁹
nr̃is ⁊ merito ⁊ numero. ppl's tibi ſerui
ens augeat. Per. ¶ Feria. iiij. Officiũ.
Liberatoꝛ me⁹ de gẽtib⁹ iracũ
dis ab iſurgẽtib⁹ i me exalta
bis me: a viro iniquo eripies
me dñe. ℣ Diligã te dñe foꝛtitudo mea:
dñs firmamẽtũ meũ et refugiũ meum
Nõ dꝛ vlteri⁹ Flectam⁹ ge. Leuate. orõ
Sanctificato hoc ieiunio de⁹ tuoꝝ
coꝛda fideliũ miſeratoꝛ illuſtra: ⁊
q̃bus deuotiõis pꝛeſtas affectum. pꝛebe
ſupplicãtibus piũ benignus auditum.
Per dñm. Lectio libꝛi leuitici. xix.
In diebus illis. Locut⁹ eſt dñs ad
moyſẽ dicẽs. Loquere ad vniuer-
ſum cetum filioꝝ iſrael: et dices ad eos.
Ego dñs deus veſter. Non facietis fur-
tũ: nõ mẽtiemini. nec decipiet vnuſq̃ſq;
primum ſuum. Non piurabis in noĩe
meo: nec polliues nomẽ dei tui. Ego do
minus. Non facies calũniã ꝓximo tuo:
nec vi oppꝛimes eũ. Nõ moꝛabit opus
mercẽnarij tui apud te: vſq; mane. Nõ
maledices ſurdo. nec coꝛã ceco pones of-
fendiculũ: ſed timebis dñm deũ tuũ. qꝛ
ego ſũ dñe. Nõ facies qđ iniquũ eſt: nec
iniuſte iudicabis. Non cõſideres pſonã
pauperis: nec honoꝛes vultum potẽtis.
Juſte iudica ꝓximo tuo. Nõ eris crimi
natoꝛ: nec ſuſurro i populis. Nõ ſtabis
cõtra ſanguinẽ ꝓximi tui: ego dñs. Nõ
oderis fratrẽ tuũ i coꝛde tuo: ſed publice
argue eũ. ne habeas ſup illo pctm̃. Non
q̃res vltionẽ inimicoꝛũ: nec memoꝛ eris
iniurie ciuiũ tuoꝝ. Diliges amicũ tuũ:
ſicut teipſũ. Ego dñs. Leges meas cuſto
dite. Ego eni ſũ: dñs de⁹ vr̃. Gr̃. Exalta
bo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti
inimicos meos ſup me. ℣. Dñe de⁹ me⁹
clamaui ad te ⁊ ſanaſti me: dñe abſtraxi
ſti ab inferis aĩam meam: ſaluaſti me a
deſcendentibus in lacum. Tractus.
De neceſſitatibus meis eripe me
dñe/ vide humilitatẽ meã et la-
boꝛẽ meũ: ⁊ dimitte oĩa pctã mea. ℣. Ad
te leuaui aĩam meã deus meus in te cõ-
fido non erubeſcam: neq; irrideant me
inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi q̃ te ex
pectant non cõfundent: cõfundant oẽs
facientes vana. Secundum iohãnẽ. x.
In illo tpe. Facta ſũt encenia i hie-
roſolymis: ⁊ hyẽs erat. Et ambu-
labat ieſus i tẽplo: i poꝛticu ſalomonis.
Circũdederũt ergo eũ iudei: et dicebant
ei. Quouſq; aĩam noſtrã tollis? Si tu
es xp̃s: dic nobis palã. Reſpondit eis ie-
ſus. Loquoꝛ vobis: et nõ creditis. Ope-
ra q̃ ego facio i noĩe patris mei: hec teſti-
moniũ perhibẽt de me. Sed vos nõ cre
ditis: qꝛ nõ eſtis ex ouibus meis. Oues
mee vocẽ meã audiunt: et ego cognoſco
eas. et ſequũt me. Et ego vitã eternam
do eis: ⁊ nõ peribũt ieternũ. ⁊ nõ rapiet
eas q̃ſq̃ de manu mea. Pater meus qđ
dedit michi maius oĩb⁹ eſt: et nemo po-
teſt rapere de manu patris mei. Ego et
pater: vnũ ſumus. Suſtulerũt ergo la
pides iudei: vt lapidarent eũ. Rñdit eis
ieſus. Multa bona opa oſtẽdi vobis ex
patre meo: ꝓpter qđ eoꝝ opus me lapi-
datis? Rñderũt ei iudei. De bono ope-
re nõ lapidamus te/ ſed de blaſphemia
Et qꝛ tu homo cũ ſis: facis teipſũ deum
Rñdit eis ieſus. Nõne ſcriptũ eſt in lege

vr̄a. qz ego dixi dij estis? Si illos dixit
deos ad quos sermo dei factus est. ⁊ nō
potest solui scriptura: quē pater sctifica
uit ⁊ misit in mūdū. vos dicitis qz blas
phemas. qz dixi filiꝰ dei sū? Si nō facio
opa p̄ris mei: nolite credere michi. Si
aūt facio. ⁊ si michi non vultis credere:
opibꝰ credite. Ut cognoscatis et creda
tis qz i me est pr̄: ⁊ ego i p̄re. Offer. Eri
pe me de inimicis meis deꝰ meꝰ: ⁊ ab insur
gētibꝰ in me libera me. V. Qz ecce capta
uerūt aiaꝫ meā: irruerūt fortes i me. Secr.

Annue nobis q̄s misericors deꝰ:
vt hostias placatōis ⁊ laudis si
cero tibi deferamus obsequio. p̄. Cōio. La
uabo iter inocētes manꝰ meas/ et circui
bo altare tuū dn̄e vt audiā vocē laudis
tue: vt enarrē vniuersa mirabilia tua.

Celestis doni bn̄dictiōe (Pꝰ cōio.
pcepta/ te supplices deꝰ op̄s dep̄
camur: vt hoc idē nobis ⁊ sacramēti cau
sa sit. et salutis. Per dn̄m. Sup ppl̄m.
Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Adueniat q̄s dn̄e mīa sp̄ata sup
plicibus: et eis celesti munificē
tia tribuatur/ quatinus et recte petēda
postulent. et postulata percipiant. Per
dn̄m. ¶ Feria quinta. Officium

Omnia q̄ fecisti nobis dn̄e i verō
iudicio fecisti/ qz peccauimꝰ ti
bi et mādatis tuis nō obediui
mus: sꝫ da gloriā noi tuo et fac nobiscū
scđm multitudinē mīe tue. P̄s. Magnꝰ
dn̄s et laudabilis nimis: i ciuitate dei
nostri in monte sācto eius. Nō d̄r Glia.
Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta q̄s op̄s deꝰ: vt dignitas cō
ditionis humane p̄ inmoderan
tiam sauciata. medicinalis parsimonie
studio reformet. p̄ d̄. Lcō dan̄. pphē. iii.

In diebꝰ illis. Orauit daniel: dicēs
Dn̄e deus ne despicias ppl̄ꝫ tuū.
neq̄ȝ auferas miam tuā a nobis: pp̄ter
abrahā dilectū tuū. et isaac seruū tuū.
et israel sanctum tuū. quibus locutꝰ es
pollicēs quod multiplicares semē eorū.
sicut stellas celi. ⁊ sicut arenā q̄ est in lit
tore maris. Quia dn̄e imminuti sumus
plusq̄ oēs gentes: sumusq̄ȝ humiles in
vniuersa terra hodie pp̄ter peccata no
stra. Et nō est in tēpore hoc princeps et
pp̄heta ⁊ dux. neq̄ȝ holocaustū. neq̄ȝ sa
crificiū. neq̄ȝ oblatio: neq̄ȝ incensum. ne
q̄ȝ locus primitiarū. corā te. vt possimꝰ
inuenire miam: sed in aīo cōtrito. ⁊ sp̄i
ritu humilitatis suscipiamur. Sicut i
holocausto arietū. ⁊ taurorū. ⁊ sicut i mi
libus agnorū pinguiū: sic fiat sacrificiū
nostrū in cōspectu tuo hodie. vt placeat
tibi. qz nō est cōfusio cōfidentibus in te
Et nunc dn̄e sequimur i toto corde. ⁊ ti
memus te: et q̄rimus faciē tuā. Ne con
fundas nos: sed fac nobiscū iuxta mās̄ue
tudinē tuā. ⁊ scđꝫ multitudinē mīe tue
Et erue nos i mirabilibꝰ tuis: ⁊ da glo
riā noi tuo dn̄e. Et ꝯfundant oēs q̄ ostē
dūt seruis tuis mala: ꝯfundant i oīpo
tētia. ⁊ robur eorū ꝯteratur. Et sciāt qz tu
es dn̄s deus solus: et gloriosus sup oēm
terrā: dn̄e deꝰ n̄r. Gr̄. Tollite hostias ⁊
introite i atria eius: adorate dominum
in aula sācta eius. V. Reuelabit dn̄s cō
densa in templo eius: oēs dicēt gloriā.
Secundum iohannem. vij.

In illo tp̄e. Cū audissent quidē de
turba sermones iesu: dicebāt. Hic
est vere pp̄heta. Alij dicebāt: hic est xp̄s
Quidā autē dicebant. Nūquid a gali
lea xp̄s venit? Nōne scriptura dicit. qz
ex semine dauid. et de bethleem castello
vbi erat dauid. vēturus est xp̄s? Dissē
tio itaq̄ȝ facta est in turba: pp̄t eū. Qui
dā autē ex ipsis volebant apprehendere
eū: sed nemo misit sup illū manus. Ue
nerūt ergo ministri ad pōtifices et pha
riseos: et dixerūt eis. Quare nō adduxi
stis eū? Respōderūt ministri. Nūq̄ sic
locutus est homo: sicut hic homo loqui
tur. Rn̄derunt ergo eis: pharisei. Num
q̄d ⁊ vos seducti estis? Nunq̄d aliq̄s ex
principibus credidit in eū. aut ex phari
seis? Sed turba hec q̄ nō nouit legem:

maledicti sũt. Dicit nichodem⁹ ad eos/
ille q̇ venit ad eũ nocte:q̇ vn⁹ erat ex ip-
sis. Nũquid lex nr̃a iudicat hoiem.nisi
priꝰs audierit ab ipso et cognouerit q̇d
faciat? Rñderũt:et dixerũt ei. Nũquid
ꝫ tu galileus es? Scrutare scripturas:
et vide quia propheta a galilea non sur-
git. Et reuersi sunt vnusq̇sq; in domũ
suam. Offr. Super flumina babilonis
illic sedimus et fleuimus: dum recorda-
remur tui syon. ℣. Memẽto dñe filioꝝ
edõ in diem hierusalem. Secreta.

Dñe deꝰ nr̃ q̇ i his potiꝰ creaturis
quas ad fragilitatis nr̃e subsi-
diũ cõdidisti:tuo quoq; noi munera ius-
sisti dicãda cõstitui:tribue q̃s:vt et vite
nobis p̃sentis auxiliũ:et eternitatis effici-
ant sacramentũ.p. Cõio. Memẽto ṽbi
tui seruo tuo dñe i quo mihi spẽ dedisti:
hec me ꝯsolata est i hũilitate mea.pᵒcõ.

Quod ore sũpsimꝰ dñe pura mẽte
capiamus:ꝛ de mũere tp̃ali fiat
nobis remediũ sẽpiternũ. Per. Super
ppłm. Humiliate capita vr̃a deo. Oꝛo.

Esto q̃s dñe ꝓpiciꝰ plebi tue: vt
q̇ tibi nõ placẽt respuẽs.tuoꝝ po-
tius repleatur delectationibus manda-
torum. Per. ¶ Feria sexta. Officium.

Miserere mihi dñe qm̃ tribuloꝛ
libera me ꝛ eripe me de mani-
bus inimicoꝝ meoꝝ et a perse-
quẽtibꝰ me dñe nõ cõfũdar:qm̃ iuocaui
te.ps. In te dñe sp̃aui nõ ꝯfũdar ieternũ:
in iusticia tua libera me. Nõ dr̃ Gloria
patri. Flectamus genua. Leuate. Oꝛo.

Cordibus nostris q̃s dñe auxiliũ
gratie tue benignus infunde: vt
pctã nostra castigatiõe voluntaria cohi-
bentes. tẽporaliter potius maceremur
q̃ȝ suppliciis deputemur eternis. Per.
Lectio hieremie prophete. xvij.

In diebus illis. Dixit hieremias.
Dñe:oẽs q̇ te derelinquũt: cõfun-
dent. Recedẽtes a te in terra scribẽtur:
qm̃ dereliquerũt venã aquarũ viuẽtiũ
dñm. Sana me dñe ꝛ sanabor:saluum
me fac ꝛ saluus ero.qm̃ laus mea tu es.
Ecce ipsi dicũt ad me. Ubi est ṽbũ dñi?
Ueniat. Et ego nõ sum turbatus te pa-
storẽ sequẽs:et diẽ hominis non deside-
raui tu scis. Qđ egressũ est de labiis meis:
rectũ in conspectu tuo fuit. Non sis mi-
chi tu formidini:spes mea tu.i die affli-
ctionis. Cõfundant qui me p̄sequunt:
et non cõfundar ego. Paueãt illi: ꝛ non
paueã ego. Induc sup eos diẽ afflictõis:
et duplici contritione cõtere eos: dñe de-
us noster. Gr. Pacifice loquebãtur mi-
chi inimici mei : et in ira molesti erant
michi. ℣. Uidisti domine deus meꝰ
ne sileas:ne discedas a me. Tractus.

Domine nõ scđm pctã nr̃a q̃ feci-
mus nos: neq; scđȝ iniquitates
nr̃as retribuas nobis. ℣. Dñe ne memi-
neris iniquitatũ nostrarũ antiquaꝝ:ci-
to anticipẽt nos mĩe tue:qꝛ paupes facti
sumus nimis. Hic non fiat genuflectio
dum dr̃ ℣. Adiuua nos deus salutaris
noster: et propter gloriam nois tui dñe
libera nos:et ꝓpiciꝰ esto pctis nr̃is: ꝓpt
nomen tuum. Scđm iohannem. xj.

In illo tp̃e. Collegerũt põtifices ꝛ
pharisei ꝯsiliũ aduersꝰ iesũ:ꝛ dice-
bãt. Quid faciemꝰ.qꝛ hic hõ multa signa
facit? Si dimittimꝰ eũ sic:oẽs credent i
eũ. Et veniẽt romani:ꝛ tollẽt nr̃ȝ locũ ꝛ
gẽtẽ. Unꝰ aũt ex ip̃is cayphas noie.cũ es-
set põtifex ãni illiꝰ:dixit eis. Uos nesci-
tis q̇cq̃.nec cogitatis : qꝛ expedit vobis
vt vnꝰ moriat hõ ꝓ pplo.et nõ tota gẽs
pereat. Hoc autẽ a semetipso nõ dixit:sȝ
cũ esset pontifex anni illius ꝓphetauit.
qꝛ iesus moriturus erat ꝓ gente. Et nõ
tantũ ꝓ gẽte: sȝ vt filios dei q̇ erãt disp-
si.congregaret in vnũ. Ab illo ergo die:
cogitauerũt vt interficerẽt eũ. Jesus er-
go iam nõ in palã ambulabat apud iu-
deos:sed abiit in regionẽ iuxta desertũ :
in ciuitatẽ que dicit effrem. Et ibi mora-
batur:cũ discipulis suis. Offr. Benedi-
ctus es dñe doce me iustificatiões tuas:
et nõ tradas calũniantibus me supbis:

et respondebo exprobrãtibus michi ver
bum. Ꝟsus. Uidi non seruãtes pactum
⁊ tabescebam domine: quando facies de
persequentibus me iudicium. Secreta
PResta nobis misericors de⁹ vt di
gne tuis seruire sẽp altarib⁹ me
reamur: ⁊ eoꝝ ꝑpetua participatiõe sal
uari. P. Cõio. Ne tradideris me dñe in
aias ꝑsequẽtiũ me: qꝛ insurrexerũt i me te
stes iniq: ⁊ mẽtita est iniq̃tas sibi. P⁹ cõio
SUmpti sacrificij dñe ꝑpetua nos
tuitio nõ derelinquat: ⁊ noxia sẽp
a nobis cũcta repellat. Per. Sup ppl'z.
Humiliate capita vestra deo. Oratio
COncede nobis q̃s dñe veniã pctõꝝ
⁊ religiõis augmẽtũ: atq̃ vt i no
bis tua dona multiplices. tuis fac mãda
tis p̃mptiores. Per. ¶ Sabbõ. Offm.
MIserere michi dñe qm tribu
lor / libera me et eripe me de
manib⁹ inimicoꝝ meoꝝ et a ꝑ
sequẽtib⁹ me: dñe nõ ꝯfundar: qm inuo
caui te. Ps. In te dñe sꝑaui nõ ꝯfũdar ie
ternum: i iusticia tua libera me. Nõ dr
Glia p̃ri. Flectam⁹ genua. Leuate. Or
PRoficiat q̃s dñe plebs tibi dica
ta pie deuotõis affectu: vt sacris
actiõib⁹ erudita / quanto maiestati tue
sit gratioꝛ. tãto donis potioꝛib⁹ augeat
Per do. Lectio hieremie ꝓphete. xviij.
IN dieb⁹ illis. Dixerũt impij iudei
ad inuicẽ. Uenite: cogitemus con
tra iustũ cogitatiões. Nõ eni peribit lex
a sacerdote. neq̃ consiliũ a sapiente: nec
sermo a ꝓpheta. Uenite et ꝑcutiam⁹ eũ
lingua: ⁊ nõ attẽdam⁹ ad vniuersos ser
mones eius. Attende dñe ad me: ⁊ audi
voces aduersarioꝝ meoꝛũ. Nunq̇d red
dẽt ꝓ bono malũ. qꝛ foderunt foueã aie
mee? Recoꝛdare qꝛ steterim in cõspectu
tuo. vt loquerer ꝓ eis bonũ: et auerterẽ
indignationẽ tuã ab eis. Pꝛopterea da
filios eoꝛũ in famẽ: et deduc eos i man⁹
gladij. Fiant vxoꝛes eoꝝ absq̃ liberis ⁊
vidue: et viri earum interficiant moꝛte
Iuuenes eoꝝ confodiant gladio in pꝛe
lio: audiat clamoꝛ de domibus eoꝝ. Ad
duces eni sup eos latronem repẽte: quia
foderũt foueã vt caperẽt me. et laqueos
absconderũt pedibus meis. Tu aũt dñe:
scis oẽ cõsiliũ eoꝝ. aduersũ me in moꝛtẽ
Ne ꝓpicieris iniq̃tati eoꝝ: et pctm eoꝛũ
a facie tua nõ deleat. Fiãt coꝛruẽtes in
cõspectu tuo i tẽpoꝛe furoꝛis tui: dñe de
us me⁹. Gr. Pacifice loq̃bãt michi ini
mici mei: ⁊ i ira molesti erãt mihi. V. Ui
disti dñe de⁹ me⁹ ne sileas: ne discedas a
me. Secundum iohannem. vj.
IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis: et turbis iudeoꝝ. Amẽ amẽ
dico vobis: nisi mãducaueritis carnem
filij hois: ⁊ biberitis eius sãguinem. nõ
habebitis vitã in vobis. Qui mãducat
meam carnẽ. ⁊ bibit meũ sanguinẽ: ha
bet vitã eternã. Et ego resuscitabo eũ: i
nouissimo die. Caro eni mea vere est ci
bus: ⁊ sanguis meus vere est pot⁹. Qui
manducat meã carnẽ et bibit meũ san
guinẽ: in me manet et ego i illo. Sicut
misit me viuẽs pater: ⁊ ego viuo ꝓpter
patrẽ. Et q̇ manducat me: ⁊ ipse viuet ꝓ
pter me. Hic est panis: q̇ de celo descẽdit
Non sicut manducauerunt patres ve
stri mãna in deserto: ⁊ moꝛtui sũt. Qui
mãducat hũc panẽ: viuet in eternũ. Hec
dixit in synagoga: docens sabbato in ca
pharnaũ. Multi ergo audiẽtes ex disci
pulis eius: dixerunt. Durus est hic ser
mo. Quis potest eũ audire? Sciẽs aũt
iesus apud semetipsũ qꝛ murmurarent
de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos
scãdalizat? Si ergo videritis filiũ hois
ascendentẽ. vbi erat pꝛius? Spũs est q̇
viuificat: caro non ꝓdest quicq̃. Uerba
q̃ ego locutus sũ vobis: spũs ⁊ vita sũt.
Sed sunt q̇dam ex vobis: q̇ non credũt
Sciebat aũt ab initio iesus q̇ essent nõ
credẽtes. ⁊ q̇s traditurus esset eũ: ⁊ dice
bat. Pꝛopterea dixi vobis: qꝛ nemo po
test venire ad me. nisi fuerit ei datũ a pa
tre meo. Ex hoc ergo multi discipuloꝛũ
eius abierũt retro: ⁊ iã nõ cũ illo ambu

labāt. Dixit ergo iesꝰ ad duodecim. Nū
q̄d et vos vultis abire? Rñdit ergo ei sy
mon petrus. Dñe: ad quē ibimus. Ver=
ba vite eterne habes: ⁊ nos credimus et
cognouimus. qꝛ tu es xp̄s filius dei. Re
spōdit eis iesus. Nonne ego vos duode
cim elegi? Et vnus ex vobis: diabolus
est. Dicebat aūt: de iuda symonis scari=
othis. Hic eni erat traditurꝰ eum: cum
esset vnus ex duodecim. Offer. Recorda
re q̄ȏ steterim in cōspectu tuo vt loque=
rer ꝓ eis bonū: ⁊ auerterē indignationē
tuam ab eis. ℣. Qui regis israel intēde:
qui deducis velut ouem ioseph. Secr.

S Uscipe creator oīs q̄ ieiunantes
de tue munificētie largitate defe
rimꝰ: ⁊ ꝓ tpali nobis collata p̄sidio ad
vitā cōuerte ꝓpiciatꝰ eternā. ꝑ d. Cōio.
Ne tradideris me dñe i aīas ꝑsequētiū
me: qꝛ insurrexerūt i me testes iniq̄ et mē
tita est iniquitas sibi. Postcommunio.

D Iuini muneris largitate satia=
ti q̄s dñe deꝰ noster: vt huiꝰ sēp
participatiōe viuamꝰ. Per. Sup ppl'm
Humilitate capita vestra deo. Oratio

T Ueatur q̄s dñe dextra tua ppl'z
deprecantē: ⁊ purificatū dignan
ter erudiat. vt ⁊ ꝯsolatiōe p̄senti fouea=
tur. ⁊ ad futura bona ꝓficiat. Per dñz.
Dñica in ramis palmarū post asper=
sionē aque bñdicte legat' hec lcō ad gra
dū altaris ex parte australi ab accolito
alba induto sup frondes ⁊ flores cū suo
titulo. Lectio libri exodi. xv. ⁊. xvi.

I N diebus illis. Venerūt filij isra=
el in helim vbi erant fontes aqua
rū duodecim. ⁊ septuagita palme: ⁊ ca=
strametati sūt iuxta aquas. Profectiq̄z
sunt de helim. et venit oīs multitudo fi
lioꝝ israel in desertū syn: q̄ȏ est inter he
lim ⁊ synai quintodecimo die mēsis se=
cūdi. postq̄ȝ egressi sunt de terra egypti.
Et murmurauit oīs cōgregatio filioꝝū
israel: cōtra moysen et aaron i solitudi
ne. Dixerūtq̄z ad eos filij israel. Utinā
mortui essemꝰ ꝑ manū dñi i terra egyp
pti: q̄n sedebamus super ollas carniū. et
comedebamus panes i saturitate. Cur
induxistis nos i desertum istud. vt occi
deretis omnē multitudinē fame? Dixit
aūt dñs ad moysen. Ecce ego pluam vo
bis panes de celo. Egrediatur populꝰ et
colligat que sufficiūt ꝑ singulos dies. vt
tēptem eum vtrū ambulet in lege mea
an nō. Die aūt sexta parent q̄ȏ inferāt:
⁊ sit duplū q̄ȝ colligere solebant ꝑ singu
los dies. Dixerūtq̄z moyses et aaron ad
oēs filios israel. Vespere scietis q̄ȝ dñs
eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane vi
debitis gloriam dñi. Audiui enim mur
mur vestrū contra dñm. Nos vero q̄d
sumus. qꝛ mussitastis cōtra nos? Et ait
moyses. Dabit vobis dñs vespere car=
nes edere: et mane panes in saturitate.
eo q̄ȏ audierit murmuratiōes vestras
q̄bus murmurati estis cōtra eum. Nos
eni q̄d sumus? Nec contra nos est mur
mur vestrū: sed ꝯtra dñz. Dixitq̄z moy=
ses ad aaron. Dic vniuerse ꝯgregatiōi
filiorū israel. Accedite corā dño: audiui
eni murmur vestrum. Cūq̄z loqueretur
aaron ad oēm cetū filiorū israel: respexe
rūt ad solitudinē. Et ecce gloria dñi: ap=
paruit in nube. Statim sequat' euāge=
liū ⁊ legat' vbi legunt' euāgelia in feria
libus diebus a diacono ad orientē ꝯuer
so more simplicis festi post acceptam be
nedictionē. Secundum iohannem. xij.

I N illo tpe. Turba multa q̄ cōuene
rāt ad diē festū. cū audisset qꝛ ve=
nit iesus hierosolymā: acceperūt ramos
palmarū. ⁊ ꝓcesserūt obuiā ei et clama
bāt. Osāna bñdictus q̄ venit i noīe dñi:
rex israel. Et inuenit iesus asellū: et sedit
sup eū sicut scriptū est. Noli timere filia
syon: ecce rex tuus venit tibi. sedēs sup
pullū asine. Hec nō cognouerūt discipu
li eius primū: sed q̄n glorificatus est ie=
sus. Tunc recordati sūt qꝛ hec erant scri
pta de eo: et hec fecerūt ei. Testimoniū
ergo perhibebat turba q̄ erat cū eo q̄n la
zarū vocauit de monumento: et suscita

uit eū a mortuis. Propterea ⁊ obuiā ve
nit ei turba: qꝛ audierāt eū fecisse hoc si
gnū. Pharisei ergo: dixerūt ad semetip-
sos. Uidetis qꝛ nichil proficimus? Ecce
mūdus totus: post eū abijt. Finito euā-
gelio sequat̃ benedictio floꝝ et frōdiū a
sacerdote induto cappa serica rubea su-
per gradū tertiū altaris ad australē con
uerso: positis prius palmis cū floribus
supra altare pro clericis: pro alijs vero
super gradum altaris in parte australi.
Exorcizo te creaturā floꝝ vel fron
diū in noīe dei patris oīpotētis:
⁊ in noīe iesu xp̄i filij eius dn̄i nostri. ⁊
ī virtute sp̄us sancti proinde oīs virtus
aduersarij. oīs exercitus diaboli. omnisqꝫ
potestas. omnis incursio demonū eradi
care et explantare ab hac creature floꝝ
vel frondiū vt ad dei gratiā festinantiū
vestigia insidiādo non assequaris. Per
eum qui venturus est iudicare viuos ⁊
mortuos et seculū per ignem. ℟. Amē.
Deinde dicunt̃ orationes sine Dn̄s vo
biscum sed tantū cū Oremus. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus: qui
in diluuij effusione: noe famulo
tuo per os columbe gestātis ramū oliue:
pacē terris redditā nunciasti: te suppli-
ces deprecamur. vt hāc creaturā floꝝ ⁊
frondiū spatulasqꝫ palmarū seu frōdes
arboꝝ: quas ante cōspectū glīe tue offe
rimus: veritas tua sācti ✠ ficet vt deuo
tus pp̄ls in manib⁹ suscipiēs eas. bene-
dictiōis tue gratiā cōsequi mereat̃. Per
xp̄m dn̄m. Et dr̄ oēs orationes sub to
no lectionis: et cum Oremus. Oratio.
Deus cuius fili⁹ pro salute gene
ris humani de celo descendit ad
terras: ⁊ appropinquāte hora passionis
sue: hierosolymā in asino sedēs venire a
turbis rex appellari ac laudari voluit:
auge fidē in te sperantiū. ⁊ supplicū pre-
ces clemēter exaudi. veniat sup nos q̄s
dn̄e benedictio tua ⁊ hos palmarū cete
rarūqꝫ arboꝝ ramos bene ✠ dicere di
gnare. vt oēs q̄ eos laturi sūt bn̄dictiōis
tue dono repleant̃. Cōcede ergo dn̄e vt
sicut hebreoꝝ pueri osāna in excelsis cla
mātes eidē filio tuo dn̄o nr̄o iesu xp̄o cū
ramispalmaꝝ occurrerūt: ita nos arbo
rū ramos gestantes cū bonis opibus oc
curram⁹ obuiā xp̄o ⁊ perueniam⁹ ad gau
diū sempiternū. Per eundē xp̄m. Oro.
Deus q̄ dispsa congregas ⁊ ꝯgre
gata cōseruas. q̄ populis obuiā
xp̄o iesu. ramos palmarū portātib⁹ be-
nedixisti. bene ✠ dic etiā et hos ramos
palmarū ceterarūqꝫ arboꝝ. quos tui fa
muli. ad nois tui bn̄dictionē fidelit̃ su-
scipiūt: vt ī quēcūqꝫ locū introducti fue
rint. tuā bn̄dictionē habitatores illi⁹ lo
ci oēs ꝯsequant̃ ita vt oī aduersa valitu
dine effugata. dextera tua ꝓtegat quos
redemit. Per eundē. Hic aspgant̃ flores
⁊ frōdes aqua bn̄dicta ⁊ thurificent̃. De
inde dr̄ Dn̄s vobiscū. et Oremus. Oro
Domine iesu xp̄e fili dei viui/ mūdi cō
ditor ⁊ redēptor: q̄ nr̄e liberatio
nis et saluationis gr̄a ex sūma celi arce
descēdere carnē sumere. ⁊ passionē subi
re dignat⁹ es. q̄qꝫ spōte ꝓpria loco eius-
dē passionis appropinquans. a turbis
cū ramispalmaꝝ obuiantibus. benedi-
ci. laudari et rex benedictus veniens in
noie dn̄i clara voce appellari voluisti. tu
nūc nr̄e cōfessionis laudationē accepta-
re et hos palmarū ceterarūqꝫ arboꝝ ac
floꝝ ramos bene ✠ dicere et sācti ✠ fi
care digneris: vt q̄cūqꝫ in tue ꝟtutis ob
sequio exinde aliq̄d tulerit celesti benedi
ctione sāctificat⁹ pctōꝝ remissionē. ⁊ vi
te eterne premia percipere mereat̃. Per
te iesu xp̄e saluator q̄ cū p̄re et sp̄ū sācto
viuis et regnas de⁹. Per oīa scl̄a sclōꝝ
℟. Amen. His itaqꝫ peractis statim
distribuant̃ palme/ et interim cantētur
he sequētes añ. cantore incipiēte. añ. Pue
ri hebreoꝝ tollētes. Alia añ. Pueri hebreo
rum vestimenta. Dū distribuūt̃ rami
preparet̃ feretrū cū reliquijs ī quo corp⁹
christi in viride dependeat et ad locum
prime statiōis a duobus clericis de scda

forma nõ ꝓceđ sequẽdo: sed ad locũ pri-me statiõis obuiã veniendo habitu nõ mutato: lumẽ deferat in laterna ꝓcedẽte cũ cruce denudata et duobus vexillis precedeñ. Deinde eat ꝓcessio vsq; ad locũ prime statiõis. Sintq; ministri ꝓcessiõis albis circũamicti absq; tunicis vel casulis induti: ita tñ ꝙ sacerdos sit i cap-pa serica rubea choro itaq; seq̃nte habi-tu nõ mutato. In eũdo ãn. Prima aũt. ã Cũ appropiquaret. Si aũt nõ sufficiũt he due ãn. ꝑdicte vsq; ad locũ prime sta-tionis: tũc sequant̃ he ãn. scz ãn. Cũ au-disset. ã Ante sex. ã Ante sex dies passionis. Hic fiat prima statio videlicet ex ꝑte ecclie boriali in extrema parte orientali: ꝛ legat̃ hoc euãgeliũ Cũ appropinquas-set iesus. Require hoc euangeliũ in prima dñica aduẽtus dñi: ꝛ legat̃ ab ipso diacono induto ad ꝓcessionẽ/ nõ iuxta crucẽ sed ante sacerdotem loco parũper secus stationem illi⁹ diaconi mutato. Etiam ipso diacono ad borialẽ conuerso ꝛ legat̃ sicut in festo simplici. ix. lect̃. bñdictione pri⁹ accepta more solito. Finito euangel̃ tres clerici de secũda forma habitu non mutato cõuersi ad ppl̃m stãtes ãte magnã crucẽ ex parte occidentali simul cantẽt ꝟ. En rex venit. Post singlos vero ꝟ executor officij icipiat ãn. Salue cõuersus ad reliq̃as quã ꝓsequat̃ chor⁹ cum genuflectiõe osculãdo terrã: ab ipso etiã executore officij primo cũ choro fiat genuflectio. Clerici ante reliq̃as ꝟ. En rex. Senior ãn. Salue quem. Chor⁹ resurgẽdo ꝓsequat̃ Testatur. Itẽ clerici ante reliq̃as loco nõ mutato dicũt ꝟ. Hic q̃ de edõ. Itẽ senior loco nõ mutato dicat ꝟ. Salue lux mundi. Chor⁹ resurgẽdo ꝓsequat̃. Rex regũ. Itẽ clerici ãte reliq̃as loco nõ mutato dicãt ꝟ. Hic est ille. Itẽ senior loco nõ mutato dicat ãn Salue nr̃a sal⁹. Chor⁹ resurgendo ꝓsequat̃. Pax vo. Deinde eat ꝓcessio ad locũ scđe statiõis ꝛ feretꝝ cũ casula reliq̃arũ pariter cũ luce i laterna inter subđ. ꝛ

turribul̃. deferat̃ cum vexillis ex vtraq; parte: cãtore icipiẽte ã. Dign⁹ es dñe. ã. Occurrũt turbe. Si aũt nõ sufficiũt hec due ã. ad locũ scđe statiõis: tunc cãtent̃ hec duo ℞. vel vnũ eoꝝ. ℞. Dñs ies⁹. ꝟ. Cõuenerũt. ℞. Cogitauerũt ꝟ. Testimoniũ. Hic fiat scđa statio videlz ex ꝑte ecclie australi vbi septẽ pueri i loco eminẽtiori sil̃ cãtent ꝟ. Gl̃ia laus. Chorus idẽ repetat post vnũquẽq; ꝟ. Clerici ꝟ. Israel es tu. ꝟ. Cet⁹ i excel. ꝟ. Plebs hebrea. Peracta hac statiõe eat ꝓcess. ꝑ mediũ claustri a dextra manu vsq; ad ostiũ ecclie occidẽtale cãtãdo ℞. Collegerũt Hic fiat tertia statio scz ãte ꝑdictũ ostiũ vbi tres clerici de superiori gradu in ipso ostio habitu nõ mutato cõuersi ad pplz cãtẽt ꝟ. Unus aũt. Repetitio. Ne forte. His finitis itrẽt ecclesia ꝑ idẽ ostiũ sub feretro et capsula reliq̃arũ ex transuerso ostij eleuata cãtãdo ℞. Ingrediẽte dño Hic fiat quarta statio: scz ãte cruce in ecclesia. et i ipsa statiõe executor officij incipiat ãn Aue. Cruce iã discoꝑta. ꝛ tũ dicat chor⁹ Rex nr̃. Cũ genuflexiõe osculãdo terrã: et sic incipiat senior ãn ter. singulis vicib⁹ vocẽ exaltãdo vna cũ choro fiat genuflectio: ꝛ post tertiã receptionẽ chor⁹ eãdẽ ãn. i ipsa statiõe stãdo ꝓsequat̃. Qua finita intrẽt chorũ. Oẽs cruces ꝑ ecclesiã sunt discoꝑte vsq; post vš. In itroitu choꝛi. ℞. Circũdederũt me. ꝟ⁹ Eripe me. ℞. Et ab insurgentibus Or. Dñs sẽpiẽne de⁹. Peractis q̃ ad ꝓcessionẽ ꝑtinẽt ¶ Ad missam. Officiu.

Domine ne lõge facias auxiliũ tuũ a me: ad defensionẽ meã aspice. libera me de ore leonis/ et a cornib⁹ vnicorniũ humilitatẽ meã. ꝑs. De⁹ de⁹ meus respice in me quare me dereliquisti. Non đr vlteri⁹. Flectam⁹ ge. Le. Or.

Omnipotẽs sẽpiterne de⁹. qui humano generi ad imitandũ humilitatis exẽplũ. saluatorẽ nostrũ carnem sumere et crucem subire fecisti/ concede

ppicius: vt et patiẽtie ipsiꝰ habere docu
mẽta. ⁊ resurrectõis gloria mereamur
Per eundẽ xp̃m. Ad philippenses. ij.

Fratres. Hoc eni sẽtite i vobis: qđ
et i xp̃o iesu. Quicũ in forma dei
esset: nõ rapinã arbitratꝰ est esse se eq̃lẽ
deo/ sȝ seip̃z exinaniuit formã serui acci
piẽs. i silitudinẽ hoim factꝰ. ⁊ habitu in
uẽtus vt hõ. Hũiliauit semetipsũ factꝰ
obediẽs vsq̃ȝ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis
Propt̃ qđ et deꝰ exaltauit illũ. ⁊ dona-
uit illi nomẽ qđ est sup oẽ nomẽ: vt i no
mie iesu oẽ genu flectat̃. celestiũ t̃restri-
um et infernoꝝ. Et ois lingua cõfiteat̃:
q̃ȝ dñs nr̃ iesus xp̃s: in glia est dei p̃ris.
Gr. Tenuisti manũ dexterã meã i vo-
lũtate tua deduxisti me: ⁊ cũ glia assũpsi
sti me. ℣. Quam bonꝰ israel deꝰ rectis
corde: mei aũt pene moti sunt pedes: pe
ne effusi sũt gressꝰ mei: q̃ȝ zelaui i pctõri
bus pacẽ pctõꝝ vidẽs. Tho. altna. di. xx

Deus deꝰ meꝰ respice i me quare
me dereliq̃sti. Longe a salute
mea v̄ba delictoꝝ meoꝝ. Deꝰ meꝰ cla
mabo p diẽ nec exaudies: et nocte ⁊ non
ad isipiẽtiã michi. Tu aũt in sctõ habi
tas laus israel: i te sp̃auer̃t p̃res nr̃i: sp̃a
uerũt ⁊ liberasti eos. Ad te clamauer̃t
et salui facti sũt: i te sp̃auerũt ⁊ non sũt
ꝯfusi. Ego aũt sũ vermis et nõ hõ: op-
probriũ hoim et abiectio plebis. Omñs
q̃ videbãt me aspnabãt̃ me: locuti sũt la
bijs ⁊ mouerũt caput. Sperauit in dño
eripiat eũ: saluũ faciat eũ qm̃ vult eum
Ipi vo ꝯsiderauer̃t ⁊ ꝯspexerũt me: di
uiserũt sibi vestimẽta mea: et sup vestẽ
meã miserũt sortẽ. Libera me de ore le
onis: et a cornibꝰ vnicorniũ hũilitatem
meã. Qui timetis dñz laudate eũ vni
uersum semen iacob magnificate eum.
Annũciabitur dño generatio vẽtura:
et annunciabunt celi iusticiam eius.
Populo qui nascetur quẽ fecit dominꝰ
Sequitur passio cum Dñs vobiscum.
Passio dñi nostri iesu xp̃i scđm matheũ
Non dicitur Gloria tibi domine. xxvj.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis
suis. ✠ Scitis q̃ȝ post biduũ pas
cha fiet. ⁊ filiꝰ hois tradet̃ vt crucifigat̃?
c Tũc cõgregati sũt p̃ncipes sacerdotũ
et seniores ppl̃i i atriũ p̃ncipis sacerdo-
tũ/ q̃ dicebat cayphas: ⁊ ꝯsiliũ fecerũt vt
iesũ dolo tenerẽt et occiderẽt. Dicebant
autẽ. s Nõ i die festo. Ne forte tumultꝰ
fieret i ppl̃o. c Cũ aũt esset iesꝰ i bethani
am/ i domo symonis leprosi: accessit ad
eũ mulier habẽs alabastrũ vnguẽti pre
ciosi. ⁊ effudit sup caput ip̃ius recũbẽtis
Videntes aũt discipuli: idignati sũt dicẽ
tes. s Ut q̃d pditio hec? Potuit eni istđ
venũdari multo et dari paupibꝰ. c Sci
ens aũt iesꝰ: ait illis. ✠ Quid molesti
estis huic mulieri? Opꝰ eni bonũ: opata
est in me. Nã sẽp paupes habetis vobis
cũ: me aũt nõ sẽp habebitis. Mittẽs eni
hec/ vnguẽtũ hoc i corpꝰ meũ: ad sepeliẽ
dũ me fecit. Amẽ dico vobis: vbicũq̃ȝ p̃
dicatũ fuerit hoc euãgeliũ i toto mũdo
dicet̃. ⁊ qđ hec fecit i memoriã eiꝰ. c Tũc
abijt vnꝰ de duodecim q̃ dicebat̃ iudas
scarioth ad p̃ncipes sacerdotũ: ⁊ ait illis
s. Quid vultis michi dare. ⁊ ego vobis
eũ tradã? c At illi ꝯstituer̃t ei triginta ar
gẽteos. Et exinde q̃rebat oportunitatem
vt eũ traderet. Prima aũt die azimoꝝ: ac
cesserũt discipuli ad iesũ dicẽtes. s Ubi
vis paremꝰ tibi comedere pascha? c At
iesus dixit. ✠ Ite i ciuitatẽ ad quẽdã:
et dicite ei. Magister dicit. Tẽpus meũ
ppe est: apud te facio pascha cũ discipu-
lis meis. c Et fecerũt discipuli sicut cõsti
tuit illis iesus: et parauerũt pascha. Ues
pere aũt facto: discũbebat cũ duodecim
discipulis suis. Et edẽtibꝰ illis: dixit ✠
Amẽ dico vobis: q̃ȝ vnꝰ vestrũ me tradi
turus est. c Et cõtristati valde: ceperũt
singuli dicere. s Nũq̃d ego sũ dñe? c At
ip̃e r̄ndẽs: ait. ✠ Qui intingit mecum
manũ i parapside: hic me tradet. Filius
q̃dem hois vadit: sicut scriptũ est de illo
Ue aũt hoi illi: p quẽ filius hois tradet̃.
Bonũ erat ei: si natꝰ non fuisset hõ ille.

c Respõdẽs aũt iudas q̇ tradidit eũ:di-
xit. s Nunq̇d ego sũ rabbi? c Ait illi. ✠
Tu dixisti. c Cenantibꝰ autẽ eis: accepit
iesꝰ panẽ et bñdixit ac fregit. deditq̧ di
scipulis suis. et ait. ✠ Accipite et come
dite: hoc est corpꝰ meũ. c Et accipiẽs cali-
cẽ: grãs egit. et dedit illis dicẽs. ✠ Bi-
bite ex hoc oẽs. Hic est eni sãguis meus
noui testamẽti: q̇ ꝓ multis effundet in
remissionẽ pctõꝝ. Dico aũt vobis: non
bibã amodo de hoc geniminevitis. vsq̧
in diẽ illũ. cũ illud bibã vobiscũ nouũ. i
regno pr̃is mei. c Et hymno dicto: exie-
rũt i montẽ oliueti. Tũc dixit illis iesꝰ
✠ Oẽs vos scãdalũ patiemini i me: in
ista nocte. Scriptũ est eni. Percutiã pa
storẽ: ⁊ dispgentur oues gregis. Postq̃
autẽ resurrexero: p̄cedã vos in galileã
c Respondẽs aũt petrus: ait illi. s Et si
oẽs scandalizati fuerint in te: ego nũq̃
scãdalizabor. c Ait illi iesus. ✠ Amẽ di
co tibi: q: in hac nocte anteq̃ gallus can
tet. ter me negabis. c Ait illi petrꝰ. s Eti
am si oportuerit me mori tecũ: nõ te ne-
gabo. c Similiter et oẽs discipuli dixe-
rũt. Tũc venit iesus cũ illis i villã q̄ di-
cit gethsemani: et dixit discipulis suis.
✠ Sedete hic: donec vadã illuc ⁊ orem
c Et assũpto petro ⁊ duobus filijs zebe-
dei: cepit cõtristari et mestus esse. Tunc
ait illis. ✠ Tristis est aĩa mea vsq̧ ad
mortẽ. Sustinete hic: et vigilate mecũ.
c Et pgressus pusillũ: ꝓcidit in faciem
suã orans ⁊ dicens. ✠ Mi pater: si pos-
sibile est. transeat a me calix iste. Uerũ-
tamẽ nõ sicut ego volo: sed sicut tu vis.
c Et venit ad discipulos ⁊ iuenit eos dor
mientes. Et dicit petro Sic. ✠ Nõ po
tuisti vna hora vigilare mecũ. Uigila-
te et orate: vt non intretis in temptatio
nẽ. Spiritus quidẽ promptus est: caro
aũt infirma. c Iterũ secũdo abijt: ⁊ ora
uit dicẽs. ✠ Pater mi: si nõ potest hic
calix transire nisi bibã illũ: fiat volũtas
tua. c Et venit iterũ: et inuenit eos dor-
miẽtes. Erãt eni oculi eoꝝ grauati. Et
relictis illis: iterũ abijt et orauit tertio
eũdẽ sermonẽ dicẽs. Tũc venit ad disci-
pulos suos: ⁊ dixit illis ✠ Dormite iã:
et req̇escite. Ecce appropiquabit hora: et
filiꝰ hois tradet̃ i manꝰ pctõꝝ. Surgite
eamꝰ: ecce appropiquabit q̇ me tradet. c
Adhuc eo loquente: ecce iudas vnus de
duodecim venit. ⁊ cũ eo turba multa cũ
gladijs et fustibꝰ. missi a principibꝰ sa-
cerdotũ et senioribus populi. Qui autẽ
tradidit eum: dedit illis signũ dicens. s
Quẽcũq̧ osculatꝰ fuero: ipse est. tenete
eũ. c Et ꝯfestim accedẽs ad iesũ: dixit. s
Aue rabbi. c Et osculatꝰ est eũ. Dixitq̧
illi iesꝰ. ✠ Amice ad q̇d venisti? c Tũc
accesserũt ⁊ manꝰ iniecerũt i iesũ: et tenu
erũt eũ. Et ecce vnꝰ ex his q̇ erãt cũ iesu.
extẽdẽs manũ. exemit gladiũ suũ: ⁊ pcu
tiens seruũ principis sacerdotũ. ampu-
tauit auriculã eiꝰ. Tũc ait illi iesus ✠
Cõuerte gladiũ tuũ in locũ suum. Oẽs
eni q̇ acceperint gladiũ: gladio peribũt.
An putas q: non possum rogare patrẽ
meum. et exhibebit michi modo plusq̃
duodecim legiones angeloꝝ? Quomo
do ergo implebunt̃ scripture? Quia sic
oportet fieri. c In illa hora: dixit iesus
turbis. ✠ Tanq̃ ad latronẽ existis cũ
gladijs ⁊ fustibꝰ cõprehẽdere me. Quo
tidie apud vos sedebã docẽs in tẽplo: et
nõ me tenuistis. c Hoc aũt totum factũ
est: vt adimplerent̃ scripture ꝓphetarum
Tũc discipuli oẽs: relicto eo fugerũt. At
illi tenẽtes iesũ: duxerũt ad cayphã prin
cipẽ sacerdotũ. vbi scribe et seniores con
uenerãt. Petrus aũt sequebat̃ eum a lõ
ge: vsq̧ ad atriũ principis sacerdotũ. Et
ingressus intro: sedebat cũ ministris vt
videret finẽ. Principes aũt sacerdotũ. ⁊
oẽ consiliũ querebãt falsum testimoniũ
cõtra iesum: vt eum morti traderẽt. Et
nõ inuenerũt: cũ multi falsi testes acces
sissent. Nouissime aũt venerũt duo fal-
si testes: et dixerũt. s Hic dixit. Possum
destruere tẽplũ dei: et post triduũ reedi
ficare illud. c Et surgẽs princeps sacer

dotũ:ait illi.s Nichil rñdes ad ea q̃ isti
aduersũ te testificant̃? c Jesus aũt tace-
bat. Et pꝛiceps sacerdotũ ait illi.s Adiu
ro te ꝑ deũ viuũ: vt dicas nobis si tu es
xp̃s filꝰ dei viui? c Dicit illi iesus. ✠
Tu dixisti. Uerũtamẽ dico vobis: amo
do videbitis filiũ hoīs sedentẽ a dextris
ꝩtutis dei. et venientẽ i nubibus celi. c
Tũc pꝛiceps sacerdotũ scidit vestimẽta
sua: dicẽs.s Blasphemauit. Quid ad-
huc egemus testibus? Ecce nũc audistis
blasphemiã. Quid vobis videt̃? c At il
li rñdentes dixerũt.s Reus est moꝛtis. c
Tũc expuerũt i faciẽ eiꝰ: et colaphis eũ
cederũt. Alij aũt palmas i faciẽ dedeꝛt
dicentes.s Prophetiza nobis xp̃e: q̇s est
q̇ te ꝑcussit? c Petrꝰ autẽ sedebat foꝛis: i
atrio. Et accessit ad eũ vna ãcilla: dicẽs.
s Et tu cũ iesu galileo eras. c At ille ne-
gauit coꝛã oībꝰ dicẽs.s Nescio q̇d dicis.
c Exeũte aũt illo ianuã: vidit eũ alia an
cilla. et ait his q̇ erãt ibi.s Et hic cũ iesu
nazareno erat. c Et iteꝝ negauit cũ iura
mẽto: qꝛ nõ noui hoīeꝫ. Et post pusillũ:
accesserũt q̇ ibi stabãt. et dixerũt petro.s
Uere et tu ex illis es: nã et loq̇la tua te
manifestũ facit. c Tũc cepit detestari et
iurare: qꝛ nõ nouisset hoīem. Et ꝯtinuo
gallꝰ cãtauit. Et recoꝛdatꝰ est petrꝰ ꝟbi
iesu q̇d dixerat: pꝛiusq̃ gallus cãtet/ter
me negabis. Et egressus foꝛas: fleuit a-
mare. Mane aũt facto: conciliũ inierũt
omnes pꝛincipes sacerdotũ. et senioꝛes
populi aduersus iesũ. vt eũ moꝛti trade
rẽt. Et vinctũ adduxerũt eũ: et tradide-
runt pontio pylato pꝛesidi. Tũc vidẽs
iudas qui eũ tradidit. quod dãnatus es
set: penitentia ductus. retulit triginta
argenteos pꝛincipibus sacerdotũ. ⁊ seni
oꝛibus populi dicẽs.s Peccaui: tradẽs
sãguinẽ iustũ. c At illi dixerũt.s Quid
ad nos? Tu videris. c Et ꝓiectis argẽ
teis i tẽplo: recessit. ⁊ abiẽs laqueo se su-
spẽdit. Principes autẽ sacerdotum acce
ptis argẽteis: dixerũt.s Non licet mitte
re eos i coꝛbanã: qꝛ pꝛeciũ sãguinis est. c
Cõcilio aũt inito: emerũt ex eis agrũ fi-
guli i sepulturã peregrinoꝝ. Propt̃ hoc
vocatus est ager ille acheldemach: hoc
est ager sãguinis vsq; i hodiernũ diem.
Tũc ipletũ est: q̇d dictũ est ꝑ hieremiam
ꝓphetã/dicentẽ. Et acceperũt triginta
argẽteos: pꝛeciũ appꝛeciati. quẽ appꝛeciã
uerũt a filijs israel. et dedeꝛt eos i agrũ
figuli. sicut ꝯstituit mihi dñs. Jesꝰ aũt:
stetit ante pꝛesidẽ. Et interrogauit eum
pꝛeses: dicẽs.s Tu es rex iudeoꝝ? c Di-
cit illi iesꝰ. ✠ Tu dicis. c Et cũ accusa-
retur a pꝛincipibus sacerdotũ et senioꝛi
bus: nichil respondit. Tunc dicit illi pi-
latus.s Non audis quanta aduersũ te
dicũt testimonia. c Et non respondit ei
ad vllũ verbũ: ita vt miraret̃ pꝛeses ve
hementer. Et diẽ autem solennẽ. consue
uerat pꝛeses dimittere populo vnũ vin
ctum: quem voluisset. Habebat autem
tunc vnũ vinctũ insignẽ qui dicebatur
barrabas: qui pꝛopter homicidiũ missꝰ
fuerat in carcerem. Congregatis ergo il
lis: dixit pilatus.s Quem vultis dimit
tam vobis barrabam. an iesum qui dici
tur xp̃s? c Sciebat eni: q̇d per inuidiam
tradidissent eũ. Sedente autẽ illo ꝓ tri
bunali: misit ad eum vxoꝛ eius dicẽs.s
Nichil tibi ⁊ iusto illi. Multa eni passa
sum hodie ꝑ visum: ꝓpter eũ. c Princi-
pes autẽ sacerdotũ et senioꝛes persuase
runt populis vt peterent barrabã: iesũ
vero ꝑderent. Respondens autẽ pꝛeses:
ait illis.s Quẽ vultis vobis de duobus
dimitti? c At illi dixerunt.s Barrabã. c
Dicit illis pilatꝰ.s Quid igitur faciã
de iesu. qui dicitur xp̃s? c Dicũt oẽs.s
Crucifigatur. c Ait illis pꝛeses.s Quid
enim mali fecit? c At illi magis clama
bant: dicentes.s Crucifigatur. c Uidẽs
aũt pilatus. qꝛ nichil pꝛoficeret. sed ma-
gis tumultꝰ fieret: accepta aqua. lauit
manus suas coꝛã populo dicens.s In-
nocẽs ego sum a sanguine iusti huius:
vos videritis. c Et respondens vniuer-
sus populus: dixit.s Sanguis eius su

per nos: ⁊ sup filios nostros. c Tunc di-
misit illis barrabā: iesum aūt flagella-
tū tradidit eis. vt crucifigeretur. Tunc
milites presidis suscipientes iesū in pre-
toriū: congregauerūt ad eum vniuersā
cohortē. Et exuentes eū: clamidem cocci-
neā circundederunt ei. Et plectentes co-
ronā de spinis. posuerūt sup caput eius:
et arundinē in dexterā eius. Et genufle-
xo ante eū: illudebāt ei dicentes. s Aue
rex iudeorū. c Et expuētes i eū: acceperūt
arūdinē. ⁊ pcutiebāt caput eiꝰ. Et postq̄
illuserūt ei: exuerūt eū clamide. et idue-
rūt eū vestimētis eiꝰ. et duxerūt eum vt
crucifigerēt. Exeūtes aūt: inuenerūt ho
minē cyreneū. noīe symonē. Hūc anga-
riauerūt: vt tolleret crucē eiꝰ. Et venerūt
i locū q̄ dicit golgotha: qd̄ est caluarie
locus. Et dederūt ei vinū bibere: cū felle
mixtum. Et cū gustasset: noluit bibere.
Postq̄ aūt crucifixerūt eū: diuiserūt ve-
stimēta eiꝰ sortē mittētes. vt adimpleret
qd̄ dictū est. p pphetā dicentē. Diuiserūt
sibi vestimēta mea: ⁊ sup vestē meā mi-
serūt sortē. Et sedentes: seruabāt eū. Et
iposuerunt super caput eius causā ipsiꝰ
scriptā: hic est iesus nazarenꝰ rex iudeo-
rū. Tūc crucifixi sūt cū eo duo latrones:
vnꝰ a dextris. et vnꝰ a sinistris. Pretere-
untes aūt blasphemabāt eū: mouentes
capita sua ⁊ dicentes. s Vah q̄ destruis
tēplum dei: et in triduo illud reedificas
Salua temetipsū. Si filiꝰ dei es: descēde
de cruce. c Similiter et principes sacerdotū il-
ludentes ei cū scribis et senioribus: dice-
bāt. s Alios saluos fecit: seipsū nō potest
saluū facere: Si rex israel est: descendat
nunc de cruce. et credimus ei. Confidit
in deo: liberet eū nūc si vult. Dixit eni
qr filiꝰ dei sū. c Idipsū autē et latrones
q̄ crucifixi erāt cū eo: improperabāt ei.
A sexta aūt hora tenebre facte sunt super
vniuersā terrā: vsqz ad horā nonam. Et
circa horā nonā clamauit iesus voce ma-
gna dicēs. ✠ Hely/hely/lamazabatha-
ni? c Hoc est. ✠ Deus meꝰ deus meꝰ:
vt qd̄ dereliquisti me? c Quidā aūt il-
lic stantes et audiētes: dicebāt. s Helyā
vocat iste? c Et cōtinuo currēs vnus ex
eis. acceptā spōgiā impleuit aceto: ⁊ im-
posuit arūdini. ⁊ dabat ei bibere. Ceteri
vero dicebāt. s Sine. Videamꝰ an ve-
niat helyas liberans eū. c Jesus aūt ite-
rū clamās voce magna: emisit spiritū.
Hic inclinet se diaconꝰ vel psternet ver-
sus orientē et dicat priuatim. Pater nr̄.
Aue maria. ⁊ In manꝰ tuas dn̄e cōmē-
do spm̄ meū: redemisti me dn̄e deꝰ vita-
tis. Deinde surgat ⁊ postea residuū pas-
sionis legat. c Ecce velū templi scissum
est in duas partes: a sūmo vsqz deorsū.
Et terra mota est: et petre scisse sunt. et
monumēta aperta sunt. ⁊ multa corpo-
ra sctōrū q̄ dormierant surrexerunt. Et
exeuntes de monumētis post resurrecti-
onē eius: venerūt in sanctā ciuitatem ⁊
apparuerunt multis. Centurio aūt ⁊ q̄
cū eo erāt custodiētes iesum: viso terre
motu ⁊ his q̄ fiebāt. timuerūt valde di-
centes. s Vere filius dei erat iste. c Erāt
autē ibi mulieres multe a lōge. q̄ secute
erāt iesū a galilea: ministrātes ei. Inter
quas erat maria magdalene et maria
iacobi ⁊ ioseph mater: ⁊ mater filiorū ze-
bedei. Cū aūt sero factum esset: venit q̄-
dā homo diues ab arimathia noīe io-
seph. q̄ ⁊ ipse discipulus erat iesu. Hic ac-
cessit ad pylatū: et petijt corpꝰ iesu. Tūc
pilatus: iussit reddi corpus. Et accepto
corpore ioseph: inuoluit illud in syndo-
ne munda. ⁊ posuit illud in monumen-
to suo nouo. qd̄ exciderat i petra. Et ad-
uoluit saxum magnū ad ostiū monu-
menti: et abijt. Erant autem ibi maria
magdalene ⁊ altera maria: sedentes cō-
tra sepulchrum. Euangelia vero in fi-
ne oīm passionū: etiā in die parasceues
alta voce legantur more duplicis festi.
Oēs autē passiones supradicto modo le-
gantur scdm̄ vsum Sarum. Tamen i
die parasceue nō dicit Dn̄s vobiscum.
et sine titulo incipiatur euangelium.

ALtera aut die/que est post parasceue: conuenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicentes. Domine: recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi. surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error: peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam. Ite. custodite. sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum: signantes lapidem: cum custodibus. Offer. Improperium expectauit cor meum et miseriam et sustinui qui simul contristaretur et non fuit consolantem me quesiui et non inueni: et dederunt in escam meam fel et in siti mea potauerunt me aceto. Secr.

Ibi deus pater omnipotens unmaculati agni paschale offerimus holocaustum: cuius nos sanguine ab exterminatoris vastatione saluatos: ad terram quesumus tue repromissionis inducas. Per eundem. Prefatio quotid. Coio. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Postcommunio.

FIdeles tuos quesumus domine benignus intende: vt sue redemptionis initia recolentes. quorum munere sunt refecti eorum proficiant incrementis. Per dominum

¶ Feria secunda. Officium.

IUdica domine nocentes me: expugna impugnantes me: apprehende arma et scutum/et exurge in adiutorium meum domine virtus salutis mee. Ps. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequuntur me. Non dicitur vlterius. Oro.

DA quesumus omnipotens deus: vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus. intercedente vnigeniti filij tui passione respiremus. Qui tecum

Lectio Isaie prophete. l.

IN diebus illis. Dixit ysaias. Dominus deus meus aperuit michi aurem: ego autem non contradico. retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti: ab increpantibus et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet michi? Stemus simul. Quis est aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens deum. audiens vocem serui sui? Quis ambulauit in tenebris. et non est lumen ei? Speret in nomine domini: et innitatur super dominum deum suum. Gr. Exurge domine et intende iudicio meo deus meus: et dominus meus in causam meam. V. Effunde frameam et conclude aduersus eos: qui me persequuntur. Tractus.

DOmine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. V. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflectio donec dicatur. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propicius esto peccatis nostris: propter nomen tuum. Secundum iohannem. xij.

ANte sex dies pasche. venit iesus bethaniam: vbi fuerat lazarus mortuus. quem suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero: vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi: et vnxit pedes iesu et extersit capillis suis pedes eius et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius iudas scariothis. qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venditur trecentis denarijs. et datum est egenis? Dixit autem hoc. non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat. et loculos habens. ea que mittebantur portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illam: vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habebitis vobiscum

bisçũ:me aũt non sẽp habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis q꞉ illic esset: ⁊ venerũt nõ ꝓpter iesũ tm̃/ sꝫ vt lazarũ viderẽt quẽ suscitauit a mortuis. Cogitauerũt aũt principes sacerdotum vt et lazaꝝ interficerẽt:q꞉ multi ꝓpter illũ abibãt ex iudeis.et credebãt i iesum. In crastinũ aũt turba multa q̃ venerat ad diẽ festũ.cũ audissẽt q꞉ venit iesꝰ hierosolymã:accepertũt ramos palmarũ et ꝓcesserũt obuiã ei.et clamabãt. Osãna benedictꝰ q̃ venit in noĩe dñi:rex israel. Et inuenit iesus asellũ:et sedit sup̃ eũ sicut scriptũ est. Noli timere filia syon:ecce rex tuus venit sedẽs sup̃ pullũ asine. Hec nõ cognouerũt discipuli eiꝰ primũ: sꝫ qñ glorificatꝰ est iesꝰ. Tũc recordati sũt:q꞉ hec erãt scripta de eo.et hec fecerũt ei. Testimoniũ ergo phibebat turba q̃ erat cum eo.qñ lazaꝝ vocauit de monumẽto:⁊ suscitauit eũ a mortuis. Propterea et obuiã venit ei turba:q꞉ audierunt eũ fecisse hoc signũ. Pharisei ergo:dixerũt ad semetipsos. Videtis q꞉ nichil ꝓficimꝰ? Ecce mundꝰ totꝰ post eum abijt. Erãt aũt q̃dã gẽtiles:ex his q̃ ascẽderãt. vt adorarẽt i die festo. Hi ergo accesserũt ad philippũ q̃ erat a bethsaida galilee: ⁊ rogabãt eũ dicẽtes. Dñe:volumꝰ iesũ videre. Venit philippus:⁊ dicit andree Andreas rursũ et philippus: dixerũt iesu. Iesꝰ autẽ r̃ndit eis dicẽs. Venit hora:vt clarificet᷑ filiꝰ homis. Amen amẽ dico vobis:nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit. ipꝫ solũ manet Si aũt mortuũ fuerit: multũ fructum affert. Qui amat aiam suã:pdet eã. Et q̃ odit aiam suã in hoc mũdo:in vitam eternã custodit eã. Si quis michi ministrat:me sequat᷑. Et vbi sum ego:illic et minister meꝰ erit. Si quis michi ministrauerit:honorificabit eum pater meꝰ Nunc aĩa mea:turbata est. Et q̃d dicã? Pater:saluifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni in horam hãc. Pater:clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui:⁊ iterũ clarificabo. Turba aũt que stabat et audiebat:dicebat tonitruũ factum esse. Alij autẽ dicebãt:angelus ei locutus est. R̃ndit iesus et dixit. Non ꝓpter me hec vox venit:sꝫ ꝓpter vos. Nunc iudiciũ est mũdi:nũc princeps huius mundi eijciet᷑ foras. Et ego si exaltatus fuero a terra:oĩa trahã ad meipsũ. Hoc aũt dicebat:significans qua morte esset moriturꝰ. R̃ndit ei turba. Nos audiuimꝰ ex lege:q꞉ xp̃s manet ieternũ. Et quõ tu dicis.oportet exaltari filiũ hoĩs. Quis est iste filiꝰ hoĩs? Dixit ergo eis iesꝰ. Adhuc modicũ lumẽ:i vobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis:vt nõ tenebre vos ꝯp̃hẽdãt. Et q̃ ambulat i tenebris:nescit quo vadat. Dũ lucẽ habetis credite i lucem: vt filij lucis sitis. Hec locutꝰ est iesꝰ: et abijt/et abscondit se ab eis. Offꝫ. Eripe me de inimicis meis dñe ad te ꝯfugi doce me facere voluntatem tuã:q꞉ deꝰ meus es tu. ℣. Exaudi me in tua iusticia: et ne intres i iudicio cum seruo tuo domine. Secreta.

Ipsa maiestati tue dñe fideles populos cõmendet oblatio q̃ per filium tuũ dñm nr̃m iesũ xp̃m recõsiliauit inimicos. Qui tecũ viuit ⁊ regnat. Cõio Erubescant et reuereantur simul q̃ gratulantur malis meis: induantur pudore et reuerentia qui maligna loquũtur aduersum me. Postcommunio.

Satiati munere salutari.tuam domine misericordiã deprecamur: vt hoc eodem sacramento quo nos temporaliter vegetas.efficias vite eterne participes. Per. Super populum. Oratio.

Adiuua nos deus salutaris nr̃:⁊ ad beneficia recolẽda q̃bus nos instaurare dignatus es: tribue venire gaudẽtes. Per. ¶ Feria tertia. Officiũ.

Nos aũt gloriari oportet i cruce dñi nostri iesu xp̃i i quo est salus/vita/ et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumꝰ ps. Deus misereatur nostri ⁊ benedicat

nobis: illumiet vultum suum sup nos et misereatur nostri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus / da nobis ita dñice passiōis sacramēta peragere: vt indulgentiā percipere mereamur. Per dñm. Lectio hieremie pphete. xi.

In diebus illis. Dixit hieremias. Dñe: demōstrasti mihi ꝛ ego cognoui: tu ostēdisti mihi studia eoꝝ. Et ego q̄si agnus mansuetus q portatur ad victimā: et nō cognoui qꝛ cogitauerūt sup me cōsilia dicētes. Mittamus lignū i panē eius: et eradamus eū de terra viuentiū. et nomē eius nō memoretur amplius. Tu aūt dñe sabaoth q iudicas iuste. et pbas renes ꝛ corda: videā q̄so vltionē tuā ex eis. Tibi ei reuelaui causā meā: dñe deus meus. Gr. Ego aūt dū michi molesti essēt induebā me cilicio: et humiliabā in ieiunio aiāz meā et orō mea i sinu meo cōuertetur. V. Judica dñe nocentes me / expugna ipugnātes me: apphēde arma ꝛ scutum / et exurge in adiutoriū michi. Sequatur passio cum Dñs vobiscū. Passio dñi nostri iesu christi. Secūdū marcum. xiiij.

scetis eū qꝛ apud vos manebit: et in vo

bis erit. Nõ relinquã vos orphanos ve
niã ad vos: adhuc modicũ ⁊ mũdus me
iã non videt. Uos aũt videbitis me: q2
ego viuo et vos viuetis. In illo die vos
cognoscetis q2 ego sũ i pr̃e meo: ⁊ vos in
me et ego i vobis. Qui h3 mãdata mea
et seruat ea: ille est q̃ diligit me. Qui aũt
diligit me: diliget᷑ a pr̃e meo. Et ego di-
ligã eũ: et manifestabo ei meipsũ. Dicit
ei iudas: non ille scariothis. Dñe q̃d fa
ctũ est. q2 manifestatur9 es teipsũ nobis
et non mũdo? Rñdit ies9: et dixit ei. Si
quis diligit me: sermonem meũ serua-
bit. Et pr̃ me9 diliget eũ: et ad eũ venie-
mus. et mãsionẽ apud eũ faciem9. Qui
nõ diligit me: sermões meos nõ seruat.
Et sermonẽ quẽ audistis nõ est me9: sed
ei9 q̃ misit me pr̃is. Hec locut9 sũ vobis:
apud vos manẽs. Paraclytus aũt spũs
sãctus quẽ mittet pr̃ i noie meo: ille vos
docebit oia. ⁊ suggeret vobis oia q̃cũq3
dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ
meam do vobis. Nõ quomodo mũdus
dat: ego do vobis. Non turbetur cor ve-
strũ: neq3 formidet. Audistis q2 ego di-
xi vobis: vado et venio ad vos. Si dili
geretis me gauderetis vtiq3: q2 vado ad
patrẽ. q2 pater maior me est. Et nũc di-
xi vobis: priusq̃ fiat. vt cũ factũ fuerit
credatis. Iã non multa loquar vobiscũ
Uenit eñi princeps mũdi huius: et i me
nõ habet q̃cq̃. Sed vt cognoscat mũd9
q2 diligo pr̃e3. ⁊ sicut mãdatũ dedit mi-
chi pater: sic facio. Surgite eam9 hinc.

¶ Feria.vi. in die parasceues dicta ho-
rã nona accedat sacerdos ad altare idu-
tus vestib9 sacerdotalib9 i casula rubea
cũ diacono ⁊ subdiacono ⁊ ceteris mini
stris altaris q̃ oẽs sit albis cũ amictib9
induti: ⁊ stati pcedat accolitus alba idu
tus ad legendũ hanc lectionẽ ad gradũ
chori sine titulo hoc modo. Osee. vi.

IN tribulatiõe sua mane ↄsurgẽt
ad me. Uenite et reuertamur ad
dñm: q2 ipse cepit et sanabit nos. pcutiet
et curabit nos. Uiuificabit nos post du-
os dies: in die tertia suscitabit nos et vi
uemus in cõspectu eius. Sciemus/seq̃
murq3: vt cognoscam9 dñm. Quasi di-
luculũ preparatus est egressus ei9: et ve
niet quasi imber nobis tẽporaneus ⁊ se
rotinus terre. Quid faciã tibi effraim?
Quid faciã tibi iuda? Mia vestra quã
si nubes matutina: ⁊ quasi ros mane p
trãsiẽs. Propter hoc dolaui i prophetis:
et occidi eos in verbis oris mei: ⁊ iudicia
mea quasi lux egredient᷑. Q2 miam vo
lui ⁊ nõ sacrificiũ: et sciẽtiam dei plusq̃
olocaustũ. Chor9 alternatim dicat. Tr.

DOmine audiui auditũ tuũ et timui:
ↄsideraui opa tua et expaui. In
medio duor aialiũ inotesceris: dum ap
propinquauerit ãni cognosceris: dũ ad-
uenerit tẽpus ostẽderis. In eo dũ ↄtur
bata fuerit aia mea: i ira mie mẽor eris.
De9 a libano veniet et sctũs de mõte vm
broso et condenso. Operuit celos maie-
stas eius: et laudis eius plena est terra
Sequatur oratio sine Dñs vobiscum.
sed tantum cum Oremus. et Flectam9
genua. Leuate. Oratio.

DEus a quo et iudas pditor rea-
t9 sui penã. ⁊ ↄfessiõis sue latro
pmiũ sũpsit. ↄcede nobis tue ppiciatio-
nis effectũ: vt sicut i passiõe sua ies9 xp̃s
dñs nr̃ diuersa vtrisq3 intulit stipẽdia
meritor: ita nobis oblato vetustatis er-
rore resurrectõis sue gr̃a3 largiat᷑. Qui
tecũ vi. et regnat i vnitate. S.S. de9. Per.
Subdiacon9 legat hãc lectionẽ ad gra-
dũ chori sine titulo hoc mõ. Exodi. xii.

DIxit dñs ad moysẽ ⁊ aarõ i ter
ra egypti. Mẽsis iste vobis prici
piũ mẽsiũ: primus erit in mẽsib9 anni.
Loquimini ad vniuersũ cetũ filior israel
⁊ dicite eis. Decima die mẽsis hui9: tol
lat vnusq̃sq3 agnũ p familias ac domos
suas. Sin autẽ minor est numerus vt
sufficere possit ad vescẽdum agnũ: assu-
mat vicinũ suũ q̃ iũctus est domui eius
iuxta numerũ aiarũ q̃ sufficere possint
ad esũ agni. Erit eñi agn9 absq3 macu-

la: masculus agnicul⁹. Juxta quē ritū
tolletis ꝛ hedū et seruabitis eū vsqꝫ ad
quartādecimā diem mēsis huius. Im-
molabitqꝫ eū vniuersa multitudo filio-
rū israel ad vesperū: sumētqꝫ de sāguie
agni. ac ponēt sup vtrūqꝫ postē: ꝛ insup
liminarib⁹ domoꝝ in qb⁹ comedēt illū.
Et edent carnes nocte illa assas igni: et
azimos panes cū lactucis agrestib⁹. Nō
comedetis ex eo crudū qd: nec coctū aqua
sed assū tantū igni. Caput cū pedib⁹ ei⁹
et intestinis vorabitis: et os ei⁹ nō cōfrin
getis: nec remanebit ex eo qcq̄ vsqꝫ ma-
ne. Si qd residuū fuerit: igne cōburetis.
Sic aūt comedetis illū. Renes vr̄os ac-
cīgetis ꝛ calciamēta habebitis ī pedib⁹:
tenētes baculos ī manibus. Et comede
tis festināter. Est eni phase: id est transi-
tus dn̄i. Chorus alternatim dicat Tr.

Eripe me dn̄e ab hoie malo: a vi-
ro iniquo libera me. Qui cogita
uerūt malicias in corde tota die cōstitue-
bāt ꝑlia. Acuerūt linguā suā sicut serpē
tes: venenū aspidum sub labiis eoꝝ. Cu
stodi me dn̄e de manu pctōris: et ab hoi
bus iniqs libera me. Qui cogitauerūt
supplātare gress⁹ meos: abscōderūt sup
bi laqueū michi. Et funes extēderūt ī la
queū pedib⁹ meis: iuxta iter scādalū po-
suerūt michi. Dixi dn̄o de⁹ me⁹ es tu: ex
audi dn̄e vocē orōnis mee. Dn̄e dn̄e vir
tus salutis mee: obumbrasti caput me-
um in die belli. Ne tradas me a deside-
rio meo pctōri cogitauerūt aduersū me
ne derelinquas me: ne vnq̄ exaltēt. Ca-
put circuit⁹ eoꝝ: labor labioꝝ ipsoꝝ ope
riet eos. Uerūtn̄ iusti cōfitebūt noī tuo:
et habitabunt recti cū vultu tuo. Seqt̄
passio sine Dn̄s vobiscū. Et sine titulo
hoc modo incipit̄ do. Johannis. xviij. c.

Egressus est iesus cum discipulis
suis trans torrentem cedron vbi
erat ortus: ī quem introiuit ipse et disci-
puli ei⁹. Sciebat autem et iudas q̄ tra-
debat eū locū: quia frequenter iesus cō-
uenerat illuc cū discipulis suis. Judas
aūt cum accepisset cohortem. et a pōtifi
cibus ꝛ phariseis ministros: venit illuc
cū laternis ꝛ facib⁹ ꝛ armis. Jesus ita-
qꝫ sciens omnia que ventura erant sup
eum: processit et dixit eis. ✠ Quē que-
ritis? c Responderūt ei. s Jesum naza
renum. c Dicit ei iesus. ✠ Ego sum. c
Stabat autem et iudas qui tradebat
eum: cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sū:
abierunt retrorsū. et ceciderunt in terrā
Iterum ergo īterrogauit eos. ✠ Quē
queritis? c Illi autē dixerūt. s Jesū na
zarenum. c Respondit iesus. ✠ Dixi
vobis: quia ego sum. Si ergo me q̄ri
tis: sinite hos abire. c Ut impleretur ser
mo quē dixit: qꝛ quos dedisti michi. nō ꝑ
didi ex eis quēq̄. Symon ergo petr⁹ ha
bens gladium eduxit eum: et percussit
pontificis seruum. et abscidit auriculā
eius dextrā. Erat aūt nomen seruo mal
chus. Dixit ergo iesus petro. ✠ Mitte
gladiū tuū: in vaginā. Calicē quē dedit
michi pater: non bibam illū? c Cohors
ergo et tribunus et ministri iudeoꝝ cō
prehenderūt iesū: et ligauerunt eū: ꝛ ad
duxerūt eū ad annā primū. Erat eni so
cer cayphe: qui erat pōtifex anni illius.
Erat aūt cayphas q̄ consiliū dederat iu
deis: qꝛ expedit vnū hoiem mori ꝓ po-
pulo. Sequebat̄ autē iesum symon pe-
trus: et ali⁹ discipulus. Discipulus au-
tē ille erat notus pōtifici: et introiuit cū
iesu in atriū pontificis. Petrus aūt: sta-
bat ad hostiū foris. Exiuit ergo discipu
lus ali⁹ qui erat notus pōtifici: et dixit
ostiarie. ꝛ introduxit petrū. Dicit ergo
petro ancilla ostiaria. s Nunqd et tu ex
discipulis es hominis istius? c Dicit il
le. s Non sum. c Stabāt aūt serui ꝛ mi
nistri ad prunas. qꝛ frigus erat: ꝛ calefa
ciebāt se. Erat aūt cū eis ꝛ petrus: stans
et calefaciēs se. Pōtifex ergo interroga-
uit iesū de discipulis suis: ꝛ de doctrina
eius. Rn̄dit ei iesus. ✠ Ego palā locu-
tus sū mūdo: ego semꝑ docui in synago
ga et in tēplo. quo oēs iudei cōueniūt. et

in occulto locutꝰ sum nichil. Quid me
iterrogas? Interroga eos q̄ audierūt:
qd locutus sum ipsis. Ecce hi sciūt: q̄ di
xerim ego. c Hec autē cū dixisset: vnꝰ as
sistēs ministroꝝ dedit alapā iesu dicēs.
s Sic rn̄des pontifici? c Rn̄dit ei iesus.
✠ Si male locutꝰ sū: testimoniū phi
be de malo. Si aūt bene: qd me cedis?
c Et misit eū annas ligatū: ad cayphā
pōtificē. Erat aūt symon petrus: stans/
et calefaciēs se. Dixerūt ergo ei. s Nun
qd ꝛ tu ex discipulis eius es? Negauit
ille ꝛ dixit. s Non sum. Dixit ei vnus
ex seruis pontificis: cognatus eius. cuiꝰ
abscidit petrus auriculam. s Nōne ego
te vidi in orto cū illo? Iterū ergo nega
uit petrus: ꝛ statim gallus cātauit. Ad
ducūt ergo iesum a caypha in pretoriū.
Erat aūt mane. Et ipsi nō itroierūt in
pretoriū/ vt nō contaminarent: sed vt mā
ducarēt pascha. Exiuit ergo pilatus ad
eos foras: ꝛ dixit. s Quā accusationem
affertis aduersus hoiem hunc? c Rn̄de
rūt et dixerūt ei. s Si nō esset hic male
factor: nō tibi tradidissemus eū. c Dixit
ergo eis pilatus. s Accipite eū vos: et se
cūdū legē vestrā iudicate eū. c Dixerūt
ergo ei iudei. s Nobis nō licet interfice
re quēq̄. c Ut sermo iesu impleret quē
dixit: significans qua morte esset mori
turus. Introiuit ergo iterū in pretoriū
pilatus: et vocauit iesū et dixit ei. s Tu
es rex iudeoꝝ? c Et rn̄dit iesus. ✠ A te
metipso hoc dicis: an alii tibi dixerūt de
me? c Rn̄dit pilatus. s Nunqd ego iu
deus sū? Gens tua ꝛ pōtifices tradide
runt te michi. Quid fecisti? c Rn̄dit ie
sus. ✠ Regnū meū: nō est de hoc mun
do. Si ex hoc mundo esset regnū meū:
ministri mei vtiq̄ decertarēt. vt nō tra
derer iudeis. Nunc autē regnū meū nō
est hic. c Dixit itaq̄ ei pilatꝰ. s Ergo rex
es tu? c Rn̄dit iesus. ✠ Tu dicis: q2 rex
sū ego. Ego in hoc natus sū: ꝛ ad hoc ve
ni in mūdū: vt testimonium phibeā ve
ritati. Ois q̄ est ex veritate: audit vocē
meā. c Dixit ei pilatꝰ. s Quid est veri
tas? c Et cū hoc dixisset: iterū exiuit ad
iudeos. ꝛ dixit eis. s Ego nullā inuenio
in eo causā. Est aūt cōsuetudo vobis: vt
vnū dimittā vobis in pascha. Uultis er
go dimittā vobis regem iudeoꝝ? c Cla
mauerūt rursū oēs dicētes. s Nō hunc
sed barrabā. c Erat aūt barrabas latro
Tunc ergo apprehendit pilatus iesū: et
flagellauit Et milites plectētes coronā
de spinis. imposuerunt capiti eius: et ve
ste purpurea circūdederunt eū. et venie
bāt ad eū et dicebāt. s Aue rex iudeoꝝ. c
Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatꝰ
foras: et dicit eis. s Ecce adduco eū vo
bis foras: vt cognoscatis. q2 in eo nullā
causā inuenio. c Exiuit ergo iesus por
tās spineā coronā: ꝛ purpureū vestimē
tum. Et dicit eis pilatus. s Ecce homo. c
Cū ergo vidissent eū pontifices et mini
stri: clamabāt dicētes. s Crucifige: cru
cifige eū. c Dicit eis pilatus. s Accipite
eū vos: ꝛ crucifigite. Ego enī: nō inuenio
in eo causā. c Rn̄derunt ei iudei. s Nos
legē habemus. ꝛ scdm legē debet mori:
q2 filiū dei se fecit. c Cum ergo audisset
pilatꝰ hunc sermonē: magis timuit. Et
ingressus est pretoriū iterū: ꝛ dicit ad ie
sū. s Unde es tu? c Jesus aūt: responsū
nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatꝰ. s Mihi
nō loqueris? Nescis q2 potestatē habeo
crucifigere te. et potestatē habeo dimit
tere te? c Rn̄dit iesus. ✠ Non haberes
potestatē aduersū me vllā: nisi tibi esset
datū desup. Propterea q̄ tradidit me ti
bi: maius peccatū habet. c Et exīde q̄re
bat pilatus dimittere eū. Judei aūt cla
mabāt dicētes. s Si hūc dimittis: non
es amicus cesaris. Ois enim q̄ se regē fa
cit: contradicit cesari. c Pilatus ergo cū
audisset hos sermones. adduxit foras ie
sū: et sedit p tribunali in loco q̄ dicit li
thostratos. hebraice aūt gabatha. Erat
autē parasceue pasche: hora quasi sexta.
Et dicit iudeis. s Ecce rex vester. c Illi
aūt clamabant. s Tolle tolle: crucifige

cū. c Dixit eis pilatꝰ. s Regē vestrū cru
cifigā? c Rn̄derūt pōtifices. s Nō habe
mus regē: nisi cesarē. c Tūc ergo tradi-
dit eis illū: vt crucifigeret̄. Susceperūt
aūt iesū: ⁊ eduxerūt. Et baiulās sibi cru
cem: exiuit in eū q̄ dicit̄ caluarie locū. he
braice golgotha. vbi eum crucifixerūt.
Et cū eo alios duos hinc et hinc: mediū
aūt iesū. Scripsit aūt et titulū pilatus:
et posuit sup̱ crucē. Erat aūt scriptū. Je
sus nazarenus rex iudeorū. Hunc ergo
titulū multi legerūt iudeorū: q2 ꝓpe ci
uitatē erat locus. vbi crucifixus est iesꝰ.
Et erat scriptū: hebraice/grece/et latine
Dicebāt ergo pilato: pōtifices iudeorū.
s Noli scribere rex iudeoꝝ: sed q2 ip̄e di
xit rex sum iudeorū. c Rn̄dit pilatus. s
Qđ scripsi scripsi. c Milites ergo cū cru
cifixissent eū: acceperūt vestimēta eius.
et fecerūt quattuor partes. vnicuiq3 mi
liti partē ⁊ tunicā. Erat aūt tunica icō-
sutilis: desup̱ cōtexta p̱ totū. Dixerūt er
go adinuicem. s Non scindamꝰ eā: sed
sortiamur de illa cuius sit. c Ut scriptu
ra impleret̄ dicēs. Partiti sunt vestimē
ta mea sibi. Accedant duo ministri i su
perpellicijs: vnꝰ ad dextrū: ⁊ aliꝰ ad sini
strū cornu altaris: ⁊ ide duo linteami
na amoueāt q̄ ad hoc sup̱ altare fuerūt
apposita. et in vestē meā miserūt sortē.
Et milites quidē: hec fecerūt. Stabāt
aūt iuxta crucē iesu mater eius. et soror
matris eiꝰ maria cleophe: ⁊ maria mag
dalene. Cū vidisset ergo iesus matrem ⁊
discipulum stantē quem diligebat: dicit
matri sue. ✠ Mulier: ecce filius tuus
c Deinde dicit discipulo. ✠ Ecce mat̄
tua. c Et ex illa hora: accepit eā discipu-
lus i suā. Postea sciēs iesus q2 iam oīa
consūmata sūt: vt cōsūmaret̄ scriptura
dicit ✠ Sitio. c Uas ergo positū erat:
aceto plenū. Illi aūt spongiā plenā ace
to. ysopo circūponentes: obtulerunt ori
eius. Cū ergo accepisset iesus acetum: di
xit. ✠ Consummatū est. c Et inclina-
to capite: tradidit spiritū. Sequat̄. Pa

ter noster. Aue maria. In manus tuas
c Judei ergo qm̄ parasceue erat. vt non
remanerēt i cruce corpora sabbato. erat
eni magnꝰ dies ille sabbati: rogauerūt
pilatū vt frāgerent̄ eoꝝ crura. ⁊ tollerē
tur. Uenerūt ergo milites: et primi q̄dē
fregerūt crura. et alterius q̄ crucifixus
est cū eo. Ad iesū aūt cū venissent vt vi-
derēt eū iā mortuū. nō fregerunt eiꝰ cru
ra: sed vnꝰ militū lācea latus eius ape-
ruit. et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua
Et q̄ vidit testimoniū perhibuit: ⁊ verū
est testimoniū eiꝰ. Et ille scit q2 vera di-
cit: vt ⁊ vos credatis. Facta sūt eni hec:
vt scriptura impleret̄. Os nō cōminue-
tis ex eo. Et iteꝝ alia scriptura dicit. Ui
debūt in quē transfixerūt. Euangeliū.

Post hec aūt rogauit pilatū ioseph
ab arimathia. eo q̄đ esset discipu
lus iesu. occultus aūt propter metum iu
deorū: vt tolleret corpus iesu. Et p̱misit
pilatus. Uenit ergo: ⁊ tulit corpus iesu.
Uenit aūt ⁊ nichodemꝰ q̄ venerat ad ie
sum nocte primū: ferens mixturam mi
rhe ⁊ aloes quasi libras cētum. Accepe-
runt ergo corpus iesu. ⁊ ligauerūt illud
lintheis cū aromatibꝰ: sicut mos iudeis
est sepelire. Erat autē in loco vbi crucifi
xus est ortꝰ: et i orto monumētū nouū.
i quo nondum quisq̄ positus erat. Ibi
ergo ꝓpter parasceuem iudeoꝝ: q2 iux-
ta erat monumentū: posuerunt iesum.
Sequuntur orationes solennes et ad
vnāquāq3 illaꝝ dicit̄. Flectamꝰ genua.
nisi ad eam que orat pro iudeis. Oratio

Oremus dilectissimi nobis impri-
mis ꝓ ecclesia sācta dei: vt eā deꝰ
et dn̄s nr̄ pacificare et custodire dignēt.
toto orbe terrarū. subijciens ei. principa
tus et potestates. detq3 nobis quietā et
tranquillā vitā de gētibus. glorificare
deū patrē oīpotentē. Deinde dicat sacer
dos. Oremus. Deinde dicat diaconus.
Flectamus genua leuate. Oratio.

Omnip̄s sēpiterne deus. q̄ gloriā tuā
oībus in xp̄o gentibus reuelasti.

custodi q̄s opera mie tue: vt ecclesia tua toto orbe diffusa. stabili fide in confessione tui nois perseueret. Per eundē dñm Chorus respōdeat Amen. et oēs orōes finiantur sub tono predicto. Oratio.

Oremus et p beatissimo papa nr̄o N. vt de⁹ et dñs noster qui elegit eū in ordine episcopatus: saluum atq icolumē custodiat ecclesie sue scē ad regendum populū sanctum dei. Oremus Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omn̄ps sempiterne deus. cuius iudicio vniuersa fundantur. respice ppicius ad preces nostras: et electū nobis antistitem tua pietate conserua. vt xpiana plebs que tali gubernatur auctore. sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dominum. Oratio

Orem⁹ et p oibus episcopis/presbyteris/diaconib⁹/subdiaconibus/accollitis/exorcistis/lectoribus/hostiariis/confessoribus/virginibus/viduis/et pro omni populo sancto dei. Orem⁹. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omn̄ps sempiterne deus cuius spū totū corpus ecclesie sāctificatur et regitur. exaudi nos p vniuersis ordinibus supplicantes: vt gratie tue munere ab oibus tibi gradib⁹ fideliter seruiatur. Per dñm. in vnitate eiusdē. Oratio

Oremus et p xpianissimo rege nostro. N. vt deus et dñs noster subditas illi faciat oēs barbaras nationes ad nostram perpetuā pacem. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omn̄ps sēpiterne deus in cui⁹ manu sunt oim potestates. et oim iura regnorum. respice ad xpianorū benign⁹ imperium: vt gentes que in sua feritate confidunt. potentie tue dextera cōprimantur. Per dominum. Oratio.

Oremus et pro cathecuminis nr̄is vt de⁹ et dñs noster adaperiat aures precordiorū ipsorum ianuāq mie sue: vt p lauacrū regenerationis accepta remissione oim peccatorū. et ipi digni inueniantur in xpo iesu dño nostro. Orem⁹ Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omn̄ps sempiterne deus qui ecclesiam tuā noua semp ple fecūdas: auge fidē et intellectū cathecuminis nostris vt renati fōte baptismatis. adoptionis tue filiis aggregentur. Per. Oratio.

Orem⁹ dilectissimi deū patrē omnipotentē: vt cūctis mundū purget erroribus. morbos auferat/famē depellat/aperiat carceres/vincula dissoluat/peregrinātibus reditū/īfirmātib⁹ sanitatē/nauigātib⁹ portū salutis idulgeat Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Or.

Omn̄ps sēpiterne de⁹ mestorum cōsolatio/laborātiū fortitudo/ perueniant ad te preces de quacūq tribulatiōe clamātiū: vt oēs sibi i necessitatib⁹ suis miam tuā gaudeāt affuisse. Per. Oro.

Orem⁹ et pro hereticis et scismaticis: vt de⁹ et dñs noster iesus xps eruat eos ab erroribus vniuersis. et ad sanctam matrē ecclesiam catholicam et apostolicā reuocare dignetur. Oremus. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Omn̄ps sempiterne de⁹. qui saluas oēs hoies. et neminē vis perire. respice ad aias diabolica fraude deceptas vt oi heretica prauitate deposita. errantiū corda resipiscant. et ad veritatis tue redeant vnitatem. Per dñm. Oratio.

Oremus et p pfidis iudeis: vt de⁹ et dñs noster auferat velamē de cordibus eorū: vt et ipsi agnoscant iesū christum dñm nostrū. Orem⁹. Non dicitur hic. Flectamus genua. Oratio.

Omn̄ps sēpiterne de⁹ q etiā iudaicā pfidiā a tua mia non repellis exaudi preces nostras quas p illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que xps est. a suis tenebris eruatur. Per eundē dominum. Or.

Oremus et p paganis. vt de⁹ oips auferat iniqtatē de cordibus eorū vt relictis ydolis suis cōuertant ad deū viuū et verū. et vnicū filiū. ei⁹ iesū xpm

deū ⁊ dn̄z nr̄m. cū quo viuit ⁊ regnat cū
spū sctō deus. Per oia secula sclo℞. Ore
mus. Flectamus genua. Leuate. Ora.
Omps sēpiterne deꝰ q̄ nō vis mor
tē pctō℞: sed vitā semꝑ inquiris.
suscipe ꝓpicius orationē nostrā. et libe-
ra eos ab idolo℞ cultura. ⁊ aggrega ec
clesie tue sctē ad laudē ⁊ gloriā nois tui.
Per dn̄m. Finitis orationibus exuat sa
cerdos casulā: et in sede sua iuxta altare
se reponat cū diacono et subdiacono: et
interim alij duo ꝑsbyteri de supiori gra
du nudatis pedibus: albis induti absq
paruris tenētes crucē coopertā sup bra-
chia solēniter iter eos retro magnū alta
re i dextera pte canāt hos ℣. Ppl̄e meꝰ.
Duo diaconi de scda forma i cappis suis
nigris ad grad᷒ chori ad altar̄ cōuersi dicāt.
Agyos. Chorus respondeat cum genu-
flectiōe osculādo formulas tribꝰ vicibꝰ
i vna trisione vnaquaq vice resurgēdo
Sāctus deus. Sacerdotes vero tenen-
tes crucē retro altare: et diaconi ad gra
dū chori dicētes Agyos. sēp sint stantes.
Itē sacerdotes loco nō mutato dicāt ℣.
Qꝛ eduxi te. Diaconi. Agyos. Chorus.
Sāctus deꝰ. Item sacerdotes loco non
mutato dicāt ℣. Quid vltra. Diaconi.
Agyos. Chorus Sāctꝰ deus. Deīde sa
cerdotes discooperientes crucē iuxta al
tare i dextera parte canāt hanc āñ. Ecce
lignum. Chorus cū genuflectiōe osculā
do formulas respōdeat āñ Crucē tuā. ꝑ
Deus misereat̄. Totus psalmꝰ dr̄ sine
Glia patri. a toto choro: ⁊ post vnūquē-
q ℣. repetatur āñ. similiter a toto choro
cū genuflectione. Et iterum deponatur
crux solenniter super tertiū gradū ab al
tari: iuxta quā sedeant predicti sacerdo
tes vnus a dextris et aliꝰ a sinistris. De
inde ꝓcedant clerici ad crucē adorandā
nudatis pedibus: incipientes a maiori-
bus. Finito ps̄o cū āñ. cātet̄ sequēs hym-
nus a duobus sacerdotibꝰ interim sedē-
tibꝰ iuxta crucē modo supradicto. Hyꝰ.
Crux fidelis. Chorus eundem repetat
post vnūquēq ℣. interim sedendo. Itē
sacerdotes dicāt ℣. Pāge lingua. ℣. De
parētis. ℣. Hoc opꝰ. ℣. Qn̄ venit. ℣. Lu
stra sex. ℣. Hic acetū. ℣. Glia ⁊ honor deo
His finitis deportet̄ crux ꝑ mediū chori
a predictis duobus sacerdotibus vbi a
populo adoretur ante aliqd altare: ⁊ in
terim cantet̄ hec sequēs āñ. i choro cum
suo ℣. a toto choro interim sedente. Cā
tor incipiens. āñ. Dn̄ fabricator. ℣. O ad-
mirabile. Aperto. Adorata cruce et fini
ta āñ. ꝑdicta cū suo ℣. predicti sacerdotes
ea reuerētia qua crucē antea exportaue
rūt ꝑ mediū chori vsq ad summum al
tare iterū reportent. Tunc conueniant
oēs clerici de choro ad altare: et reindu-
at sacerdos casulā quā prius exuerat: et
accedat ad gradū altaris cū diacono et
subdiacono et dicat Confiteor. et Mise
reatur. et Absolutionē. cum pctbꝰ et dr̄
Aufer a nobis. more solito: tn̄ hic nō de
tur osculum pacis. Deinde sacrificiū su
per altare more solito deposito et incē-
sato cū aque ⁊ vini infusione in calicem
scz post ablutionem manuū dicat cū hu
miliatiōe corā altari. In spiritu humi-
litatis. osculando altare ⁊ benedicendo
sacrificiū: ⁊ vertat se dicēdo Orate fr̄es
more solito. Postea dicat statim humi-
li voce sine nota Oremus. Preceptis sa
lutaribus. cū orōe dn̄icali: scz Pater nr̄.
Chorus respondeat. Sed libera nos.
Deinde dicat Libera nos quesumꝰ et
Da ꝓpiciꝰ. In qua orōe dū dr̄ Per eūd
frangat corpus domini sicut solet fieri
ceteris diebꝰ. Deīde dicat modesta voce
videlicet sine nota. Per omnia scla sclo℞.
Chorus respondeat Amen. Postea di-
mittat i calicē sicut solet partem hostie.
Nō dr̄ Pax dn̄i nec Agnus dei nec pax
det̄: sed statim cōicet se sacerdos dicēdo
Corpus dn̄i. ⁊c. Ad corpus et sāguinē.
Corpus ⁊ sanguis nulla ꝑcedēte orōne
Deide pꝰ lotionē manuū dicāt vespas
nō cantādo: sed bini ⁊ bini priuati corā
altari hoc mō. āñ. Calicē. ꝑ. Credidi ppt̄.

et cetere añ.cũ suis p̄s sicut i die cene.ã **Cenãtib⁹**.p̄. **Magnificat.** deinde stãdo dr̃ **Pater nr̃.** cũ p̄s **Miserere.** Quo fini to dicat sacerdos in audientia/sed sine nota postcõ.sine **Dñs vobiscum.** ⁊ sine **Oremus.** Hoc mõ icipiẽs **Respice q̃s dñe sup hãc famil.** sine **Qui tecũ.** et sic missa et vespe sil' finiãt. Nõ dr̃ **Dñs vobiscũ.** nec **Bñdicam⁹ dño.** nec. **Ite missa est.**

Finitis vespis exuat sacerdos casulam: et assumẽs secũ vnũ de p̄latis i suppellicijs amboꝝ pedib⁹ nudatis reponat cruce in sepulchrũ pariter cũ corpore dñico: scz in pyxide: incipiẽs ipse solus. ℟. **Estimatus sũ.** genuflectẽdo cũ suo socio: quo incepto statim surgant: silr fiat in ℟. **Sepulto dño.** Chor⁹ ꝓsequat' cũ suo ℣. genuflectẽdo cõtinue vsqz i finẽ seruitij Deide icẽsato sepulchro et clauso ostio: incipiat idẽ sacerdos ℟. **Sepulto.** Chorus cãtet cũ suo ℣. Ad istas tres ã. genuflectẽt duo p̄dicti sacerdotes ꝯtinue. Sacerdos icipiat ãn. **In pace.** Chor⁹ ꝓseq̃t' **In idipsũ.** Itẽ sacerd. ãn. **In pace fact⁹** Chor⁹ ꝓsequat' **Loc⁹ ei⁹.** Itẽ sacerd. ã. **Caro mea.** Chor⁹ ꝓsequat'. **Requiescet in spe.** His finitis ⁊ dictis orõib⁹ ad placitũ secrete ab oib⁹ cũ genuflectiõe: oib⁹ alijs ad libitũ recedẽtib⁹ ordie nõ seruato: reinduat sacerdos casulã eodẽ ordine quo accessit i pricipio seruitij cũ diaco. ⁊ subd. ⁊ cetis mĩstris altaris abscedat Exinde ardebit ꝯtinue vn⁹ cere⁹ ad min⁹ ãte sepulchrũ: vsqz ad ꝓcessionẽ q̃ fit i resurrectõe dñica i die pasc. ita tñ q dñ p̄. **Benedict⁹.** canit' ⁊ cetã q̃ sequunt' in sequẽti nocte extinguat'. Silr extinguat' i vigilia pasche dum benedicit' nouus ignis: vsqz dũ accẽdat' cereus paschalis xxxvi. pedes continens in longitudine.

¶ Sabbato sãcto in vigilia pasche: primo fiat benedictio ignis ab executore officij induto vestibus sacerdotalib⁹ cum cappa serica: diaconus dalmatica ⁊ subdiaconus tunica iduant' cũ ceteris ministris altaris albis cũ amictis indutis sine lumine: cũ cereis: et sine cruce et sine igne i thuribulo. Quidã etiã de prima forma in suppellicijs: cereũ extinctũ sup hastã quãdam deferẽs ⁊ ꝓcessio p̄cedẽs post portitorẽ aq̃ bñdicte p mediũ chori ad nouũ ignẽ bñdicendũ ꝓcessionaliter eat: choro sequẽte habitu nõ mutato: et ad colũnã ex parte australi iuxta fõtem vbi sacerdos executor officij ignẽ bñdicat q̃ accẽdat' ibidẽ: scz i medio int' duas colũnas. In eũdo ℣o dr̃ iste ỹs. **Dñs illuminatio.** sine nota et sine **Gloria p̃ri.**

Hoc mõ fiat statio ad ignẽ sacerd. iuxta ignẽ stet ad orientem ꝯuersus: ⁊ ad sinistrũ ei⁹ stet diac. subdiac. ℣o ad sinistrũ diaconi. Ceroferari⁹ vn⁹ stet sacerd. oppositus. ad dextrã ceroferarij puer tenẽs librũ ꝓ primior sacerd. Ali⁹ aũt ceroferarius stet retro sacerd. Ad dexterã eiusdẽ ceroferarij: stet portitor aq̃ ꝓ primior sacerd. Et vltimo loco retro oẽs a parte occidẽtali stet portitor haste cum cereo. Et ex parte ignis australi stet thuribulari⁹ ad accipiendũ ignẽ i thuribulari post benedictionẽ. Oibus istis ministris ad sacerdotẽ cõuersis iterum choro circũstãte: videlz ex parte boriali. Sequat' benedictio ignis solẽniter a sacerd. ita dicente. **Dñs vobiscum.** et **Oremus.** Oratio.

Dñe de⁹ nr̃ pat' ops. lumẽ indeficiẽs: cõditor oim luminũ. exaudi nos famulos tuos: et bñ ✠ dic hunc ignẽ. q̃ tua sctificatiõe ac bñdictiõe cõsecret'. tu illuminãs oẽz hoiez venientẽ in hũc mũdum. illuia ꝯsciẽtias cordis nr̃i igne tue caritatis. vt tuo igne igniti. tuo luie illuiati. expulsis a cordib⁹ nr̃is peccatoꝝ tenebris. ad vitã te illustrãte puenire meamur eĩnã. ⁊ sicut illuiasti ignẽ moysi famulo tuo p colũnã ignis ãbulãtẽ i mari rubro. ita illustra nr̃z lumẽ. ⁊ cãdela que de eo fuerit accẽsa i honore maiestatis tue sẽp ꝑseueret bñdicta. ⁊ q̃cũqz lumẽ ex eo portauerit sit illuiatus luie gratie sp̃ualis. **Per d.** Et cũs v̄bones dñr cũ **Oremus** sub tono lectionis

Hic aspgat aqua benedicta sup ignem: deide dr Dñs vobiscũ. Oremus. Orõ.

Dñe sãcte pat oĩps eterne de⁹ bene ✠ dicere et scti ✠ ficare digneris istũ ignẽ quẽ nos idigni p iuocatione vnigeniti filij tui dñi nostri iesu xpi bene ✠ dicere presumimus. tu clementissime pater eũ tua bene ✠ dictiõe sanctifica: et ad pfectũ humani generis puenire cõcede. Per eundẽ xpm. Oratio

Celesti lumie q̃s dñe sẽp hic & vbiq3 nos pueni: vt mysterium cui⁹ nos participes esse voluisti. et puro cernamus intuitu. & digno pcipiamus effectu. Per dñm. ¶ Sequat benedictio thimiamatis siue incensi hoc modo.


Exorcizo te imũdissime spũs et oẽ fãtasma inimici i noie dei pris oipotẽtis. et i noie iesu xpi filij ei⁹. & i v̄tute spũs scti: vt exeas & recedas ab hac creatura thimiamatis siue incẽsi. cũ oi fallacia atq3 neq̃cia tua. vt sit hec creatura scti ✠ ficata i noie eiusdem dñi nr̃i iesu xpi. vt oẽs gustãtes/tãgẽtes/siue odorãtes eã. v̄tutẽ et auxiliũ pcipiãt sci spũs. ita vt vbicũq3 hoc icensũ vel thimiama fuerit: ibi nullaten⁹ appropinquare audeas. nec aduersa iferre psumas. s3 q̃cũq3 spũs imũde es. cũ oi v̄sutia tua procul ide fugias. atq3 discedas. adiuratus per nomen & virtutẽ dei patris oipotentis. et filij eiusdẽ dñi nostri iesu xpi. qui venturus est in spũ sancto iudicare viuos & mortuos. & te preuaricatorem et seculũ per ignem. Respondet. Amen. Oratio.

Eternã ac iustissimã pietatẽ tuã deprecamur dñe sctẽ pr omnips eterne deus: vt bene ✠ dicere et scti ✠ ficare digneris hãc thimiamatis vel incẽsi speciẽ. vt sit icensũ maiestati tue i odorẽ suauitatis acceptũ. sit a te hec species bene ✠ dicta. sit per iuocationẽ scti nois tui scti ✠ ficata. ita vt vbicunq3 fumus eius puenerit extricet. et effugetur omne genus demoniorũ. sicut incensũ iecoris piscis. quẽ raphael archangelus thobiã famulũ tuũ docuit. cũ ascẽdit ad sare liberationẽ. Per xpm. Oremus. Orõ.

Descẽdat bene ✠ dictio tua dñe sup hãc speciem incẽsi & thimiamatis: sicut in illo de quo dauid prophẽta tuus cecinit dicẽs. Dirigat orõ mea sicut incensum in cõspectu tuo. sit nobis odor cõsolationis suauitatis & grẽ: vt fumo isto effuget oẽ fantasma inimici mẽtis et corporis. vt simus pauli apostoli voce bon⁹ odor deo. effugiat a facie incẽsi huius siue thimiamatis oĩs demonũ incursus. sicut puluis a facie venti. et sicut fum⁹ a facie ignis. et presta hoc pijssime pat boni odoris icensũ ad opus ecclesie tue ob causã religiõis iugiter permanere. vt mystica nobis significatiõe spũaliũ virtutum. fragrãs olẽdat odor suauitatẽ tua ergo q̃s oĩps deus imense maiestatis tue dextera hãc creaturã bene ✠ dicere ex diuersarũ rerũ cõmixtiõe infectã dignare. vt in virtute sancti nominis tui. oẽs immundorũ spiritũ fãtasticos incursus effugare. omnisq3 morbos reddita sanitate expellere. vt vbicũq3 fumus aromatũ eius afflauerit mirabiliter possit. atq3 i odore fragrãtissimo tibi ppetua suauitate redolere. Per dñm nostrum. Postea accẽdatur solus cereus super hastã de nouo igne: ceteris luminarib⁹ ecclesie prius extinctis. Post benedictionẽ incensi impleat thuribulũ de carbonibus cũ incenso & incẽsetur nouus ignis. Deide redeat pcessio more solito i chorũ. In redeũdo aũt duo clerici de scda forma in supplicijs cantãt. Inuentor rutili. Chorus idem repetat post vnũquẽq3 v̄. Deinde sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso diacono induto ad pcessionẽ ad borealẽ cõuerso ad gradũ psbyterij: cerofer. diacono assistẽtib⁹ vno a dextris reliquo a sinistris ad eũ cõuersis: cereis extinctis: subdiac. vero stet ei oppositus iuxta quẽ stet portitor haste: eodem modo conuersus post diaconũ stet thuribul'. diacono canente

E xul tet iam ange li ca tur=
ba celo rū exultet diui na my
ste ri a et pro tan ti re=
gis victori a tu ba intonet
salu ta ris. Gau de
at se tel lus tantis irradi a ta
ful go ribus et e terni re gis
splendore lustra ta to ti us or=
bis se sen ti at a=
mi sis se ca li gi nē.
Lete tur et mater ec cle si a tanti


luminis adornata fulgo ri bus:
et magnis po pu lorum vo ci=
bus hec au la re sul tet
Qua propter astan ti bus vobis
fratres cha ris si mi ad tā miram
sācti huius lu mi nis clarita tē
vna mecū q̄so de i om ni po ten tis
mi seri cordiā inuo ca te
Vt qui me non me is
me ri tis intra le ui ta rū nu=
merū aggre ga re dig na tus est




luminis su i grati a infunden




te ce re i hu ius laudem im




ple re per fici at




Per dominum nostrum ie sum




christum fi li um suum qui cū




e o vi uit et regnat de us



in vnita te spi ri tus sancti.




Per omni a se cu la secu




lo rum. Amen. Dominus




vo biscum. Et cum spi ri tu




tu o. Sur sum cor da. Ha



bem⁹ ad dominum. Gra ti



as aga mus domi no de o



nostro. Dignum et iustum est.



Ve re qui a dignū et iu




stū est inuisi bi lē de ū omnipoten




tem patrē fi li umqꝫ eius vni



ge ni tū dominū nostrū ie sum




christū cum sancto spi ri tu toto



cordis ac mē tis af fectu ꝫ vo



cis ministeri o persona re.



Qui pro no bis e terno patri

a de de bi tum sol uit: et ve te

ris pi a cu li cau ti o nē pi o

cru o re de ter sit.

Hec sunt e nim festa pas cha

li a in qui b9 verus il le agn9

oc ci ditur e iusq3 sāguine po

stes cōsecran tur. Hec

nox est in qua primum pa tres

nostros fi li os isra el e ductos de

egypto ru brum ma re sic co

vestigi o trā si re fe cis ti.

Hec igitur nox est que

peccatorum tenebras colūne il lu

mina ti o ne purga uit

Hec nox est que

hodi e per vniuersum mun dum

in christo cre den tes a vi ci js

se cu li segre ga tos et ca li gi

ne pec ca to rū.red dit grati e

so ci at sancti ta ti.

Hec

nox est i qua destructis

vinculis mortis christus ab inferis

victor ascen dit. Quid

e nim nobis nasci pro fu it ni-

si re dimi pro fu is set.

O mi ra circa nos

tu e pi e ta tis digna ti o.

O inest tima bi

lis dilecti o cari tatis ut ser uū

redimeres fi lium tradidis ti.

O cer te necessari um a de

pec ca tū et nostrū quod christi sti

morte dele tū est. O

fe lix cul pa que ta lem ac tantam

meru it ha be re re dempto

rem. O

cer te be a ta nox que so la me ru it

sci re tem pus et ho ram in

qua christus ab in feris resurrex-

it. Hec

nox est de qua scriptum est:

et nox ut di es il luminabitur

et nox il lu mi nati o me a in

deli ci js me is. Hu ius

igi tur sancti fi ca ti o noctis

fu gat sce le ra/ cul pas la-

uat. et red dit in nocenti am lap-

sis/ et me stis le ti ci am. fu gat

o di a. concoꝛ di am pa rat. et

cu uat im pe ri a. In hu-

ius i gi tur noctis gra ti a

sus ci pe san cte pater

Hic ponatur incensum a diacono in ce- reum vel in candelabꝛum in modū cru- cis: similiter et in paruum cereum poꝛ- titoꝛe accedente.

incensi hu9 sacri fi ci um vesper

ti nū. Quod ti bi

i hac cere i o bla ti o ne so

lēni p ministro ꝝ man9 de o pe ri

b9 apū sacro sāc ta reddit eccle

si a. Sed iā colūne

hu9 pconi a nouim9 quam i hono

re de i rutilās ig nis accen dit.

Hic accendatur cereus de nouo igne nec extinguatur vsq3 post completoꝛiū diei sequentis. Et ardebit cereus pescha- lis continue per ebdomadam pasche ad matutinas et ad missam et ad vesperas similiter fiat in octa. pasche. Omnibus vero dominicis ab octab. pasche vsq3 ad ascensionem domini ad missam tātum accendatur etiam in festo sancti marci euangelist. apostoloꝛum philippi ꝛ iaco bi ad missam tantum. in annunciatio- ne beate marie: et in inuentione sancte crucis sicut in octa. pasche accendatur. Hic ceroferarij cereos suos accendant per ecclesiam.

Qui li cet diuisus in partes mu-

tu a ti luminis detrimēta non no

uit. Ali tur li quan ti bus ce ris.

quas in substan tiam p̄ceci o se

hu ius lam pa dis a pes mater

edux it. O

be a ta nox q̄

expo li a uit e gypti os ditauit

hebre os. Nox i qua terren is celesti

a iungun tur. O

ramus te do mi ne

ut ce re us iste in hono rem no

minis tu i con se cratus

ad noctis hu ius ca li gi nem de

struendam in de fi ci ens per se-

ue ret. In o do rem su a

ui ta tis ac cept⁹ super


nis luminaribus misce a tur

Flammas e ius lu ci fer ma tu-


ti nus in ue ni at. I l

le inquam lu ci fer qui ne


scit oc ca sum. I l




le qui re gressus ab infe-




ris hu ma no ge ne ri se res-




nus il lux it. Q ze




camus er go te do




mi ne vt nos fa mulos tu-




os om nem clerum et de uo-



tissi mum popu lũ [redacted]




~~patre nostro papa~~




at qz re ge nostro. N.




necnon et e pi sco po nostro.




N. qui e te tem po rum



con ces sa in his paschis li-



bus gla di js con ser ua-




re di gne ris. Q ui sem



per vi uis regnas im pe-




ras nec non et glo ri a-




ris so lus de us/so lus




al tis si mus te




su chri ste cum san



cto spi ri tu in glo



ri a de i pa tris.



A men.

Debet autem cādelabrum cū cereo paschali amoueri feria sexta post ascēsionē domini. Postea legant lectiones absqz titulis a dignioribus personis ad gradū chori. Lectio prima. Genesis. primo.

IN principio creauit deus celum et terrā. Terra aūt erat inanis et vacua: et tenebre erant super faciē abyssi. et spūs dñi ferebatur sup aquas. Dixitqz deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucē q esset bona: et diuisit lucē a tenebris. Appellauitqz lucē diem: et tenebras noctē. Factūqz est vespere et mane: dies vnus. Dixit quoqz deus. Fiat firmamētū i medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū: diuisitqz aquas q erant sub firmamento. ab his q erant sup firmamētum. Et factū est ita. Vocauitqz deus: firmamētū celū. Et factū est vespere et mane: dies secundus. Dixit vero deus. Congregentur aque. q sub celo sunt i locum vnū: et appareat arida. Factūqz est ita. Et vocauit deus aridā terrā: congregationesqz aquarū appellauit maria. Et vidit deus q esset bonū: et ait. Germinet terra herbam virentē. et facientē semē. et lignum pomiferū faciens fructū. iuxta genus suum: cuius semen in semetipso. sit super terrā. Et factū est ita. Et protulit terra herbā virentē. et afferentē semen iuxta genus suū: lignūqz faciens fructū. et habens vnūquodqz sementē secūdum speciem suā. Et vidit deus q esset bonū. factumqz est vespere et mane: dies tertius Dixit autem deus. Fiant luminaria i firmamento celi. et diuidant diē ac noctē: et sint in signa et tēpora. et dies et annos. vt luceāt in firmamēto celi. et illuminēt terrā. Et factū est ita. Fecitqz deus duo luminaria magna: luminare maius. vt preesset diei. et luminare minus. vt preesset nocti et stellas. Et posuit eas in firmamēto celi. vt lucerēt sup terrā. et preessent diei ac nocti: et diuiderēt lucē ac tenebras. Et vidit deus q esset bonū: et factum est vespere et mane dies quartus. Dixit etiā deus. Producant aque reptile anime viuentis: et volatile super terram sub firmamēto celi. Creauitqz deus cete grandia: et omnē animā viuentem atqz motabilē. quā produxerāt aque in species suas. et omne volatile secūdū genus suū. Et vidit deus q esset bonū: benedixitqz eis dicēs. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris: auesqz multiplicentur super terrā. Et factū est vespere et mane dies quintus. Dixit quoqz deus. Producat terra animam viuētē in genere suo. iumenta et reptilia: et bestias terre scd3 species suas. Factumqz est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas: et iumenta et oē reptile terre in genere suo. Et vidit deus q esset bonū: et ait. Faciamus hoiem ad imaginē et similitudinē nostrā: et presit piscibus maris. et volatilibus celi. et bestiis vniuerseqz terre. oiqz reptili qd mouetur i terra. Et creauit deus hoiem ad imaginē et similitudinē suā. ad imaginem dei creauit illū: masculū et feminā creauit eos. Bndixitqz illis deus: et ait. Crescite et multiplicamini et replete terrā. et subiicite eam. et dñamini piscibus maris et volatilibus celi: et vniuersis animātibus. q mouent sup terrā. Dixitqz deus Ecce dedi vobis omnē herbā afferentē semē sup terrā: et vniuersa ligna q habēt in semetipsis semētē generis sui. vt sint vobis in escā et cūctis animātibus terre oiqz volucri celi. et vniuersis q mouent i terra. et in qbus est aia viuēs. vt habeant ad vescendū. Et factū est ita. Viditqz deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Et factum est vespere et mane: dies sextus. Igit perfecti sūt celi et terra: et omnis ornatus eorum. Compleuitqz deus die septimo opus suum qd fecerat: et requieuit die septimo ab vniuerso opere suo quod patrarat. Oms orōnes sine Dominus vobiscum. et sine Flectamus dicūr: sed tantum cum Oremus. Oratio

Deus q̃ mirabiliter creasti hoīez et mirabilius redemisti. da nobis q̃s: cōtra oblectamēta pcti mētis ratiōe persistere. vt mereamur ad gaudia eterna puenire. Per. Lectō .ij. Exodi .xiiij.

Factū est ī vigilia matutina: & ecce respiciens dñs sup castra egyptiorū .p columnā ignis et nubis. interfecit exercitū eorū. & subuertit rotas curruum ferebantq3 in pfundū. Dixerūt ergo egyptij. Fugiam9 israelē: dñs enim pugnat p eis contra nos. Et ait dñs ad moysen. Extende manū tuā sup mare: et reuertant aque ad egyptios. sup currus & equites eorū. Cūq3 extēdisset moyses manū cōtra mare: reuersū est primo diluculo ad priorē locū. Fugientibusq3 egyptijs occurrerūt aque: et inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuerseq3 sūt aque. et operuerūt currus et equites cūcti exercitus pharaonis. qui sequētes ingressi fuerāt mare: nec vnus quidē superfuit ex eis. Filij aūt israel perrexerūt p mediū sicci maris: et aque eis erāt quasi p muro a dextris & a sinistris. Liberauitq3 dñs in die illa israel de manu egiptiorū: et viderunt egyptios mortuos super littus maris. & manū magnā quā exercuerat dñs contra eos. Metuitq3 populus dñm: et crediderūt dño et moysi seruo eius. Tunc cecinit moyses & filij israel carmen hoc dño: et dixerunt. Oēs tx. dicunt a choro alternati: preter vltimū tx. scz Laudate dñm oēs gētes. Tract9

Cantem9 domino gloriose enim honorificatus est. equum & ascensorem proiecit in mare. adiutor et protector factus est michi in salutem. Hic de9 meus et honorificabo eum. deus patris mei et exaltabo eum. Dñs conterēs bella: dñs nomen est illi. Oremus. Oratio

Deus cuius antiqua miracula etiam nr̃is seculis coruscare sentimus dum quod vni populo a persecutione egyptiaca liberando dextere tue potentiā contulisti: id in salutem gētium per aquā regenerationis operaris. presta quesum9: vt & in abrahe filios et in israeliticā dignitatem totius mūdi trāseat plenitudo. Per d. Lectō tertia. Isaie .iiij

Apprehendent septē mulieres virū vnū in die illa: dicētes. Panē nostrū comedemus. et vestimētis nr̃is operiemur: tantūmodo inuocet nomē tuū sup nos. aufer opprobriū nostrum. In die illa erit germē dñi in magnificētia et gloria. et fructus terre sublimis: & exultatio his q̃ saluati fuerint de israel Et erit. Ois q̃ relict9 fuerit in syon. & residuus in hierusalē: sanctus vocabitur. ois q̃ scriptus est in vita in hierusalem. Si abluerit dñs sordes filiarum syon: et sāguinē hierusalem lauerit de medio eius. in spū iudicij et spū ardoris. Et creauit dñs sup omnē locū montis syon: et vbi inuocatus est. nubem per diem. & fumum et splendorem ignis flammantis in nocte. Super oēm enim gloriā protectio. & tabernaculū erit in vmbraculum diei ab estu: & in securitatem & abscōsionem. a turbine et a pluuia. Tractus.

Vinea facta est dilecto ī cornu in loco vberi. Et maceriā circūdedit: & circūfodit & plātauit vineā sorech: et edificauit turrim in medio ei9. Et torcular fodit in ea: vinea eni dñi sabaoth domus israel est. Oremus. Oratio.

Deus qui nos ad celebrandū paschale sacramentū vtriusq3 testamenti paginis imbuisti. da nobis intelligere misericordias tuas: vt ex perceptione presentium munerum. firma sit expectatio futurorum. Per dominum. Lectio quarta. Deuteronomij. xxxi.

Scripsit moyses canticū: & docuit filios israel. Precepitq3 dñs iosue filio nū: & ait. Cōfortare & esto robustus: tu eni introduces filios israel ī terrā quā pollicitus sū patribus eorū: & ego ero tecum. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine. atq3 cōpleuit: precepit leuitis q̃ portabāt archā

federis dñi. dicens. Tollite librū istū. et ponite illum in latere arche federis dñi dei nostri: vt sit cōtra te ibi i testimoniū Ego enī scio cōtentionē tuā: & ceruicem tuā durissimā. Adhuc viuēte me et igrediente vobiscū: semp contentiose egistis cōtra dñm. quantomagis cum mortu⁹ fuero: Congregate ad me oēs maiores natu per tribus vestras atqꝫ doctores: & loquar audiētibus eis sermones istos. & inuocabo cōtra eos celū & terrā. Noui enī q post mortē meam iniquo agetis: et declinabitis cito de via quā precepi vobis. Et occurrēt vobis mala i extremo tēpore: quādo feceritis malum in cōspectu dñi. vt irritetis eū p opera manuū vrā. Locut⁹ est ergo moyses audiente vniuerso cetu filiorꝫ israel verba carminis huius: & ad finē vsqꝫ cōpleuit. Tr.


Attēdite celū et loquar: et audiat terra vba ex ore meo. Expectet sicut pluuia eloquiū meū: & descendant sicut ros verba mea sicut imber sup gramina. Et sicut nix sup fenū: quia nomē dñi inuocabo. Date magnitudinem deo nostro: deus verax opera eius et oēs vie eius iudicia. De⁹ fidelis i quo nō est iniq̄tas iustus et sctūs dñs. Sequat oro.

Deus qui ecclesiam tuam semp gētium vocatione multiplicas: concede propicius: vt quos aqua baptismatis ablúis continua protectione tuearis. Per dominum nostrum. Hanc orationem non sequatur lect. sed Tractus.

Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarꝫ: ita desiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuum: quādo veniā et apparebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus. Deinde sequant due oratiōes sub vno Per dominum. et vno Oremus. Oro.

Concede q̄s ōps de⁹: vt qui festa paschalia agimus celestibus desiderijs accensi. fontem vite sitiam⁹ dñm nostrum iesum christum filium tuum

Omnipotens sempiterne deus. respice propicius ad deuotionē populi renascentis. q̄ sicut ceruus aquarꝫ expetit fontē: et cōcede ppicius vt fidei ipsius sitis baptismatis mysterio aīaz corpusqꝫ sanctificet. Per dominū. Deinde sequatur septiformis letania que i medio chori a septē pueris in superpellicijs dr: et interi exuat sacer. casulā & sumat cappā sericā rubeā adhuc stans ante altare: donec pcantet letania &c. vt in pcessionale continetur. Finita letania: scꝫ Rex sanctorꝫ. icipiat mis. solēnit a cāt. sīn regie chi sic Kyrieleyson. et dr cātus de Lux & origo absqꝫ ℣. et interim sacerdos assumpta casula ad altare dicat. Confiteor. Misereatur. et Absolutionem. cum precibus et oratione. Aufer a nobis dñe quesum⁹ more solito: tñ hic nō det osculū pacis. Deinde thurificet altare: & postea icipiat



Glo ri a in ex cel sis de o.

Tūc oēs genuflectēt exuētes cappas nigras: & tūc pulsent oēs cāpane i classicū Sequat Dñs vobiscū. et Orem⁹. Or.

Deus q̄ hāc sacratissimā noctem glia dñice resurrectōis illustras cōserua i noua familie tue progenie adoptionis spiritū. quē dedisti. vt corpore & mēte renouati. purā tibi exhibeāt seruitutē. Per eūd. i vnitate eiusd. Sequēs epla legat i pulpito. Ad collocenses. iij.

Fratres. Si cōsurrexistis cū xpo. q̄ sursum sunt querite: vbi xpus est in dextera dei sedēs. Que sursū sunt sapite: nō q̄ sup terrā. Mortui enī estis: et vita vestra abscondita est cum xpo in deo. Cum enī xps apparuerit vita vrā: tūc et vos apparebitis: cū ipso. in gloria Lecta epla duo clerici de scda forma in cappis sericis in pulpito cātēt hoc. Alla Chor⁹ idē psequat. Clerici. ℣. Cōfitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in sclm mīa eius

Chor⁹ finiat cū neuma. Itē clerici rein
cipiāt Allā. sine neuma. Deinde sequa
tur tract⁹ ꝗ a duob⁹ de scda forma i cap
pis nigris ad gradū chori tot⁹ et itegre
cantet choro interim sedente. Tractus.

Laudate dn̄m oēs gētes: ꝛ collau
date eum oēs populi. ℣. Qm̄ cō
firmata est super nos misericordia ei⁹:
et veritas domini manet ineternum.
Interim vo pcedat diacon⁹ cū subdia
cono p mediū chori more solito sine cru
ce ad legēdū euāgeliū quē precedāt duo
ceroferarij cereis extinctis: ꝛ legat i pul
pito more dn̄icali. Scdm matheū. xxviij

Vespere autē sabbati ꝗ lucescit i
prīa sabbati: venit maria mag
dalene ꝛ altera maria videre sepulchꝝ.
Et ecce terremotus factus est magnus:
angelus aūt dn̄i descēdit de celo. et acce
dens reuoluit lapidē et sedebat sup eum
Erat aūt aspectus ei⁹ sicut fulgur: ꝛ ve
stimenta eius sicut nix. Pre timore autē
eius exterriti sunt custodes: ꝛ facti sunt
velut mortui. Rn̄dens aūt angel⁹: dixit
mulieribus. Nolite timere vos. Scio
eni: ꝙ iesū ꝗ crucifixus est ꝗritis. Nō est
hic. Surrexit eni: sicut dixit. Venite et
videte locū: vbi positus erat dn̄s. Et ci
to eūtes dicite discipulis ei⁹: ꝙ surrexit
et ecce precedet vos in galileā. Ibi eū vi
debitis: ecce predixi vobis. Non dr̄ Cre
do. sed post euangeliū dr̄ Dn̄s vobiscū
ꝛ Oremus. Non dr̄ offert. Secreta.

Suscipe ꝗs dn̄e pces ppli tui cum
oblationibus hostiaꝝ: vt pascha
libus iciate mysterijs. ad eternitatis no
bis medelā te operante pficiant. Per d̄
Prefatio. Et te qdē oi tēpore: sed in hac
potissimū nocte. ꝛ Cōicantes. et Noctē
sacratissimā. et Hanc igit. Hec prefatio
dr̄ p totā ebdōam pasche: ꝛ i oīb⁹ dn̄i
cis vsqꝫ ad ascensionē dn̄i: qn̄ de resurre
ctione agit. Cōicantes vero ꝛ Hāc igit
p ebdōam ꝛ i oct. pasc. tm̄ dr̄: hac die dr̄
Sanctus solenniter: sacerdote vero di
cente. Pax dn̄i sit semp vobiscū. et choro
rn̄dente. Et cū spū tuo. nō dr̄ Agn⁹ dei.
nec pax detur. Sed facto interuallo in
cipiantur vespere festiue sine regimine
chori/ sine cāpanaꝝ pulsatiōe/ ꝛ sine De
us in adiutoriū. a quodam de superiori
gradu ex pte chori sic. Alleluya. ℣. Lau
date dn̄m oēs gentes. ℣. Qm̄ cōfirma
ta. ℣. Gloria patri. ℣⁹. Sicut erat. tota
dicit ān. Alleluya allā allā allā. qua di
cta statim incipiat ān. sup Magnificat
ab excellētiore post eū qui celebrauerit.
sed nō pcantet a choro ante psalmi ito
nationē. Nō thurificet altare neqꝫ cho
rus. ān. Vespere autē sabbati que luces
cit i prima sabbati venit maria magda
lene et altera maria videre sepulchrum
alleluya. ps. Magnificat. Repetita ān.
dicat sacerd. Dn̄s vobiscū. ꝛ Orem⁹. Or

Spiritum i nobis domine tue ca
ritatis infunde: vt quos sacra
mentis paschalibus satiasti. tua facias
pietate concordes. Per dn̄m nr̄m. i vni
tate eiusdem. Et sic missa et vespere si
mul finiantur dicente diacono. Ite mis
sa est. Cum nota de Alleluya. Ad
missam dicendam dum sacerdos indu
it se sacris vestibus dicat hymnum.

Veni creator spūs mētes tuorꝫ vi
sita iple superna gratia que tu
creasti pectora. Qui paraclit⁹ diceris/
donū dei altissimi: fons viuus ignis ca
ritas/ et spiritalis vnctio. Tu septifor
mis munere/ dextre dei tu digitus: tu ri
te pmisso patris/ sermone ditās guttu
ra. Accende lumen sensibus: infunde
amorē cordibus/ infirma nostri corpo
ris: virtute firmans ppetim. Hostē re
pellas longius: pacēqꝫ dones protinus:
ductore sic te preuio: vitemus oē noxiū.
Per te sciamus da patrē: noscam⁹ atqꝫ
filium: te vtriusqꝫ spiritū: credamus oi
tempore. Sit laus patri cum filio: san
cto simul paraclyto: nobisqꝫ mittat fili
us: carisma sancti spiritus. Amen. ℣⁹.
Emitte spiritū tuū et creabunt. ℟. Et
renouabis faciem terre. Oratio.

Aue ineternum sāctissima caro: michi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corp⁹ domini nostri iesu christi sit michi peccatori via et vita. In no✠mine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Hic sumat corpus de cruce prius facta cum ipso corpore ante os. Deinde ad sāguinem cum magna deuotione: dicens.

Aue ineternum celestis pot⁹: michi ante omnia et super omnia summa dulcedo. Corpus et sanguis domini nostri iesu christi/prosint michi peccatori ad remedium sempiternum i vitam eternam. Amen. In no✠mine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Hic sumat sanguinem: quo sumpto inclinet se sacerdos et dicat orationem sequentem.

Gratias tibi ago domine sācte pater omnipotens eterne deus: qui me refecisti de sacratissimo corpore et sāguine filij tui domini nostri iesu christi: et precor vt hoc sacramētum salutis nostre quod sumpsi indignus peccator nō veniat michi ad iudicium neq̧ ad condemnationem pro meritis meis: sed ad profectum corporis mei et anime saluti in vitam eternam. Amen. Qua dicta eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice inter manus (digitis adhuc coniūctis sicut prius) et accedat subdiaconus et effundat in calicem vinum et resinceret sacerdos manus suas ne aliq̃ reliquie corporis vel sanguinis remaneant in digitis vel in calice. Cū vero aliquis sacerdos debet bis celebrare i vno die: tunc ad primam missam non debet percipere ablutionem vllam: sed ponere in sacrario vel in vaso mundo vsq̧ i finem alterius misse: et tunc sumatur vtraq̧ ablutio. Post primam ablutionem dicitur hec oratio.

Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus et de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Hic lauet digitos in concauitate calicis cum vino infuso a subdiacono: quo hausto sequatur oratio. Orō.

Hec nos communio domine purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Per christum dominum nostrum. Amen. Post perceptionem ablutionum ponat sacerdos calicem super patenam: vt si quid remanserit in calice stillet: et postea inclinando se dicat orationem sequentem. Oratio.

Adoremus crucis signaculum per quod salutis sumpsimus sacramentum. Deinde lauet manus: diaconus iterum corporalia cōplicet. Ablutis

manibus et redeūte ad dextrum cornu altaris diacon⁹ calicem porrigat ori sacerdotis si quid infusionis in eo remanserit resumendum. Postea vero dicat cū suis ministris communionem. Deinde facto signo crucis ī facie: vertat se sacerdos ad populum: eleuatisq; aliquantulum brachijs et iunctis manibus dicat **Dn̄s vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo** Et iterum reuertens se ad altare dicat **Orem⁹.** Deinde dicat postcōionē iuxta numerū et ordinem antedictarum orationum ante epistolam. Finita vltima postcōione: factoq; signo crucis in fronte: iterum vertat se sacerdos ad populū & dicat. **Dn̄s vobiscum.** ℟. **Et cum spiritu tuo.** Deīde diacon⁹. **Benedicam⁹ dn̄o.** Alio vero tēpore dr̄. **Ite missa est.** Quotienscunq; enim dicitur **Ite missa est.** semper dicitur ad populum conuertendo. Et cū dici debeat. **Benedicamus domino.** vel **Requiescāt in pace.** Conuertendo ad altare dr̄ **Bn̄dicam⁹ dn̄o.**

¶ His dictis sacerdos inclinato corpore iunctisq; manibus tacita voce coram altari in medio dicat hanc orationem.

PLaceat tibi scā trinitas obsequium seruitutis mee & p̄sta vt hoc sacrificium quod oculis tue maiestatis indignus obtuli: tibi sit acceptabile mihiq; et omnibus pro quib⁹ illud obtuli: sit te miserante propiciabile. Qui viuis et regnas de⁹. Per omnia secula seculor. Amē. Qua finita erigat se sacerdos signās se in facie sua dicens. **In nomine patris.** &c. Et sic inclinatiōe facta eo ordine: quo prius accesserunt ad altare in principio misse sic induti cū ceroferar. & ceter ministris redeāt. Et stati post **Deo gratias** incipiat in choro hora nona quando post missam dicitur. Sacerdos vero in redeundo dicat euangeliū. **In principio.** Cū vero sacerdos exuerit casulam et alia indumēta sacerdotalia dicat psalmos subscriptos cū ān. **Triū puerorū.** ps. **Benedicite sacerdotes.** vsq; ad finem cantici. ps. **Laudate dn̄m in sctis eius.** totus ps. **Nūc dimittis.** cum **Gl'ia pr̄i** et **Sicut erat.** Deinde dr̄ tota ān. **Triū puerorū** cātem⁹ hymnū quē cātabāt ī camino ignis benedicētes dn̄m. **Kyrie eleyson. Xp̄e eleyson. Kyrie eleyson. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrē et filiū cū scō spū. Laudemus et superexaltemus eū in secula. Benedict⁹ es dn̄e in firmamēto celi. Et laudabilis et gl'iosus ī scl'a. Benedicat et custodiat nos trinitas sancta. Amē. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo dn̄e. Quia nō iustificabit in cōspectu tuo oīs viuēs. Dn̄e deus virtutū cōuerte nos. Et ostende faciē tuā et salui erim⁹. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dn̄s vobiscum Et cum spiritu tuo. Oremus.** Oratio.

DEus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium. concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Oratio.

URe igne sācti spiritus renes nostros et cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus. et mundo corde placeamus. Oratio.

ACtiones nostras q̄s dn̄e aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cuncta nostra operatio/ et a te semper incipiat. et per te cepta finiatur. Et finiantur he tres orationes sic. **Per christum dominum nostrum. Amen.**

¶ Et sciēdū est q̄ ī oī missa q̄n de feria dr̄ fiat pstratio a toto choro statim post **Sanctus.** vsq; **Pax dn̄i.** p totum annū: nisi a pascha vsq; **Deus omnium.**

¶ Notandum est q̄ a **Domine ne ī ira** vsq; ad cenā dn̄i. et a **Deus omnium.** vsq; ad vigiliā nati. dn̄i dr̄r iste p̄ces sequētes ad missā tm̄ in ferijs & festis triū lectionū sine regimie chori: et ī oct. & infra q̄n chorus nō regit. Et dicunt post **Per oīa secula seculor.** & **Pater noster.** inter **Per oīa secula seculor.** & **Pax dn̄i** sacerdote sic dicente. **Per omnia secula**

seculorum. et choro respondente. Amen. Deinde incipiat chorus preces in prostratione hoc modo. Psalmus.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerūt templū sanctū tuū. posuerūt hierusalem in pomorū custodiā. Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilib9 celi: carnes sanctorū tuorū bestiis terre. Effuderūt sanguinē eorū tanquam aquam in circuitu hierusalem: et nō erat qui sepeliret. Facti sum9 opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt. Usquequo dñe irasceris in finē: accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et i regna que nomen tuum nō inuocauerūt. Quia comederunt iacob: et locum eius desolauerunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipēt nos mīe tue quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos de9 salutaris noster: et propter gloriā nois tui dñe libera nos/ et propici9 esto pctis nr̄is propter nomē tuum. Ne forte dicant in gentib9 vbi est deus eorum: et innotescat in nationib9 coram oculis nostris. Ultio sāguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinē brachii tui: posside filios mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum i sinu eorum: improperium ipsorū quod exprobrauerunt tibi domine. Nos autem populus tuus et oues pascue tue: cōfitebimur tibi in seculum. In generatione et generationem: annunciabim9 laudem tuā. Gloria patri. Sicut erat. Ps.

Deus misereatur nostri et benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gētibus salutare tuū. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Letentur et exultent gētes/ quoniā iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum. Benedicat nos de9 deus noster benedicat nos deus: et metuāt eum omnes fines terre. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. Psalmus.

Domine i virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniā preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ei9 coronam de lapide precioso. Uitā petiit a te/ et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum: et in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem i seculum seculi: letificabit eū i gaudio cum vultu tuo. Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi nō cōmouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dñs in ira sua conturbabit eos: et deuorabit eos ignis. Fructum eorū de terra perdes: et semen eorū a filiis hominum. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum i reliquiis tuis: preparabis vultum eorū. Exaltare domine in virtute tua: cantabimus et psallemus virtutes tuas. Gloria patri. Sicut erat.

An. Tua est potētia tuū regnū dñe tu es super omnes gētes: da pacem dñe in diebus nr̄is. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et hec oīa sine nota dicuntur tam a clericis in choro quam a sacerdote cum suis ministris. Deinde dicat sacerdos cū nota Et ne nos. Sed libera nos. Exurgat deus et dissipentur

inimici ei⁹. Et fugiãt q̃ oderũt eũ a facie ei⁹. Non nobis dñe nõ nobis. Sed noĩ tuo da gloriam. Oremus pro afflictis ꝛ captiuis. Libera deus israel ex omnib⁹ tribulatiõibus eorum. Mitte eis domine auxilium de sancto. Et de syon tuere eos. Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine saluum fac regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus q̃ ad mirabili prouidẽtia cũcta disponis. te suppliciter exoramus: vt terram quam vnigenitus filius tuus proprio sanguine ꝯsecrauit. de manibus inimicorum crucis christi eripiens. restituas cultui christiano: vota fidelium ad eius liberationem instãtium. misericorditer dirigendo in viam pacis eterne. Oratio.

Rege quesumus domine famulũ tuum põtificem nostrum. N. et intercedente beata dei genitrice semperq̃ virgine maria cum omnibus sanctis tuis. gratie tue in eo dona multiplica: vt ab omnibus liberetur offẽsis. et temporalibus non destituatur auxilijs. ꝛ sẽpiternis gaudeat institutis. Oratio.

Da quesumus omnipotens de⁹ famulo tuo regi nostro salutem mentis et et corporis: vt bonis operib⁹ inherendo. tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per eundẽ christum dominum nostrum. Sequatur. Pax dñi. ꝛ cetera.

¶ Oratio valde bona dicenda post celebrationem misse.

Gratias ago tibi dulcissime domine iesu christe lux vera/salus credentium/solatium tristium/spesq̃ cũctorum/gaudium angelorum. q̃ me miserum et magnum peccatorem famulũ tuum hodie sacratissimo corpore et sanguine tuo pascere dignat⁹ es. Ideo ego miserrimus et innumerabilibus criminibus infect⁹. lachrimosis precibus imploro benignissimam misericordiã tuam et summam clemẽtiam: vt hec dulcissima refectio summa et incomprehensibilis communio non sit michi in iudicium anime mee: sed prosit michi in remedium ad euacuandas omnes insidias et nequitias diabolice fraudis. ita vt nulla eius dominetur iniquitas in corde/corpore/anima/ꝛ sensibus meis: sed tua clementia me perducat ad superna conuiuia angelorum: vbi tu es vera beatitudo clara lux sẽpiterna leticia. Amẽ.

¶ Benedictio agni paschalis/ouorũ/et herbarum in die pasche. Dominus vobiscum. Et cũ spũ tuo. Orem⁹. Oratio

Deus celi/terreq̃ dominator qui das escã omni carni/et reples oẽ aial bene ✠ dictione: bene ✠ dic ꝛ sancti ✠ fica hãc creaturã agni paschalis/ et nobis dona tua sumẽtibus anime et corporis sanitatem concede. Per xp̃m.

Deus q̃ vniuerse carnis es conditor: qui noe et filijs suis de mundis ꝛ imundis aialibus p̃cepta dedisti: quiq̃ sicut oua et olera herbarũ humano generi/et quadrupedia mũda edere permisisti: ꝛ qui agnũ paschalẽ i egypto moysi et populo tuo in vigilia pasche comedere precepisti: i figura agni dñi nr̃i iesu christi/cui⁹ sãguine oĩa primogenita tibi de mundo redemisti/ꝛ nocte illa oẽ primogenitũ in egypto percutere precepisti/seruans populũ agni sãguine p̃notatũ. dignare dñe de⁹ oĩps benedi ✠ cere ꝛ sãctifi ✠ care hũc agnũ paschalẽ: vt quicũq̃ ex populo tuo fideliter de illo comederit: omni benedictione celesti et gratia tua saturati repleant̃ in bonitate. Per quem hec omnia dñe condita sunt/et ab initio creata saluator mũdi. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Deinde aspergantur omnia aqua benedicta/et thurificentur a sacerdote.



¶ In die pasche ad missam. Officium

Resurrexi et adhuc tecũ sum alleluya posuisti super me manũ tuã alleluya: mirabilis facta est sciẽtia tua alleluya all'a. ℣ Dñe pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã et resurrectionẽ meã. ℣ Gl'ia pri et filio ꝛ spiritui sc̃to. ℣ Sicut erat i pricipio et nũc ꝛ sẽp: ꝛ i s'c'la s'c'loꝝ amen. Oratio

DEus q̄ hodierna die per vnige-
nitum tuum eternitatis nobis
aditū deuicta moꝛte reserasti: vota nr̄a
que p̄ueniendo aspiras, etiam adiuuā-
do prosequere. Per eundem dominum
Ad corinthios. i. v.

FRatres. Expurgate vetus fermē-
tum: vt sitis noua conspersio. sicut
estis azimi. Etenī pascha nostrū: imola-
tus est xp̄s. Itaqꝫ: epulemur. Non i fer-
mento veteri: neqꝫ in fermēto malitie et
neq̄tie. Sed in azimis sinceritatis: ⁊ ve-
ritatis. Gr. Hec dies quā fecit dn̄s: exul-
temus ⁊ letemur i ea. ℣. Cōfitemini do-
mino quoniam bonus: qm̄ in sc̄lm mia
ei⁹. Alleluya. ℣. Pascha nostruꝫ immo-
latus est chꝛistus. Sequentia.

FUlgēs p̄clara rutilat p̄ oꝛbem.
hodie dies. i qua xp̄i lucida. nar-
rant ouant p̄lia. De hoste supbo quē
iesus triūphauit. pulchꝛe castra illi⁹ pe-
rimēs teterrima. Infelix culpa eue. qua
caruimus oēs vita. Felix p̄oles marie.
qua epulamur modo vna. Benedicta sit
celsa regina illa. Generās regē spolian-
tē tartara. Pollentē iā in ethera. Rex e-
ternū suscipe benignus p̄conia nr̄a. se-
dule tibi canētia. Patris sedēs ad dexte-
rā. Uictoꝛ vbiqꝫ moꝛte superata. atqꝫ tri-
umphata poloꝝ possidēs gaudia. O al-
ma ocelsa o pulchꝛa clementia. xp̄i luci-
flua o alma. Laus tibi honoꝛqꝫ ac virt⁹.
q̄ nostrā antiquā leuiasti sarcinam. Ro-
seo cruoꝛe agni benignissimi empta: flo-
rida micat hec aula. Potēti virtute no-
stra. q̄ lauit facinoꝛa. tribuens dona ful-
gida. Stupens valde in memet. iā mi-
roꝛ hodierna. Tāta indignis pādere vo-
bis sacramēta. Stirpe dauitica. oꝛt⁹ de
tribu iuda. leo potēs surrexisti in gloꝛia
agnus visus es in terra. Fūdens oli ar-
ua. regna petis supera. iustis reddēs p̄e-
mia. in sc̄lā dignanter ouātia. Dic ipse
zabule: q̄d valet nunc fraus tua. Igne-
is nex⁹ loꝛis a xp̄i victoꝛia. Trib⁹ lingue
admiramini: q̄s audiuit talia miracu-
la. Ut moꝛs moꝛtē sic superaret. rei p̄ci-
perēt talē gratiam. Judea icredula: cur
manes adhuc inuerecūda. Perspice xp̄i-
colas. qualiter leti canūt incly[illegible] Re-
dēptoꝛi carmina. Ergo pie rex xp̄e. nobis
dās p̄mia. Solue nexoꝝ vincula. Electo-
rū agmina. Fac tecū resurgere ad beatā
gloꝛiā Digna repēdēs merita. Paracly-
ti sc̄ti. ꝯsolationē piā. Expectam⁹ sc̄dm
p̄missionē tuā. Peracta ascensionis sa-
cra solennia. Qua es egressus. ad celos.
nube tectus clara. Pollēs laude eterna.
Secundum marcum. xvi.

IN illo tp̄e. Maria magdalene et
maria iacobi et salome emerunt
aromata: vt venientes vngerēt iesum.
Et valde mane vna sabbatoꝝ veniunt
ad monumentū: oꝛto iā sole. Et dicebāt
adinuicē. Quis reuoluet nobis lapidē
ab ostio monumēti? Et respicientes: vi-
derunt reuolutū lapidē. Erat q̄ppe: ma-
gnus valde. Et introeūtes i monumen-
tū: viderūt iuuenē sedētē in dextris. co-
opertum stola candida. ⁊ obstupuerūt. q̄
dixit illis. Nolite expauescere. Iesū que-
ritis nazarenū: crucifixū. Surrexit: nō
est hic. Ecce locus: vbi posuerūt eū. Sz
ite dicite discipulis ei⁹ ⁊ petro: qꝛ p̄ce-
det vos i galileam. Ibi eum videbitis:
sicut dixit vobis. Credo. Offr. Terra
tremuit ⁊ quieuit dum resurgeret in iu-
dicio deus alleluya. Secreta.

SUscipe dn̄e q̄s p̄ces populi tui
cū oblationibus hostiarū: vt pa-
schalibus iniciate mysterijs: ad eternita-
tis nobis medelā te operante p̄ficiant.
Per dn̄m. Prefatio. ⁊ Te quidem. In-
fra canonē Cōmunicātes. ⁊ Hanc igit.
Cōio. Pascha nostrum immolatus est
chꝛistus alleluya: itaqꝫ epulemur in azi-
mis sinceritatis et veritatis alleluya al-
leluya alleluya. Postcommunio.

SPiritū i nobis dn̄e tue caritatis
infūde: vt quos sacramentis pa-
schalib⁹ satiasti. tua facias pietate ꝯcoꝛ-
des. Per. in vnitate eiusdē. ¶ Fer. ij. offm̄

I Ntroduxit vos dñs in terram
fluētē lac et mel alleluya: et vt
lex dñi sēp sit i ore vr̄o alleluya
alleluya. Ps. Confitemini domino quo
niā bonus: qm̄ in seculū mīa eius. Oro
D Eus q̄ solēnitate paschali mun
do remedia contulisti. popolum
tuū q̄s dñe celesti dono prosequere: vt et
perfectā libertatē cōsequi mereat. et ad
vitam pficiat sempiternam. Per dñm.
Lectio actuum apostolorum. x.
I N diebus illis. Stās petrus in me
dio plebis: dixit. Uiri fr̄es: vos sci
tis quod factū est verbū p vniuersam iu
deam. incipiēs eni a galilea post baptis
mū qd̄ predicauit iohannes iesum a na
zareth. quomodo vnxit eū deus spiritu
sancto et virtute. qui ptransiuit benefa
ciendo. et sanando oēs oppressos ad dia
bolo: quoniā deus erat cū illo. Et nos te
stes sumus omniū. que fecit i regione iu
deorum et hierusalem: quem occiderūt su
spendentes in ligno. Hunc deus suscita
uit tertia die: et dedit eū manifestū fieri
non omni populo. sed testibus preordina
tis a deo. nobis qui manducauimus et bi
bimus cum illo. postq̄ resurrexit a mor
tuis. Et precepit nobis predicare popu
lo et testificari: q2 ipse est. q̄ cōstitutus est
a deo. iudex viuorum et mortuorum. Huic
oēs pphete testimoniū phibent: remis
sionē peccatorum accipere per noiē eius:
omnes qui credunt in eū. Gr. Hec dies
quā fecit dñs: exultemus et letemur in
ea. V. Dicat nunc israel qm̄ bonus: qm̄
in seculū mīa eius. Alla. V. Nonne cor
nostrū ardens erat i nobis de iesu dum
loqueretur nobis in via. Sequentia.
Zyma vetus expurgetur: vt since
re celebret: noua resurrectio. Hec
est dies nostre spei: huius mira vis diei:
legis testimonio. Hec egyptū spoliauit:
et hebreos liberauit / de fornace ferrea.
His in arto constitutis: opus erat serui
tutis: lutum later palea. Jam diuine/
laus virtutis: iam triūphi / iam salutis/
vox erūpat libera. Hec est dies quā fecit
dñs / dies nostri doloris terminus: dies
salutifera. Lex est vmbra futurorum: xp̄s
finis pmissorum / q̄ consummat oīa. Xp̄us
sāguis igneā / hebetauit rumpheā: amo
ta custodia. Puer nostri forma risus: p
quo veruex est occisus / vite signat gau
diū. Joseph exit de cisterna / iesus redit
ad superna: post mortis suppliciū. Hic
dracones pharaonis / draco vorat a dra
conis: immunis malicia. Quos ignitus
vulnerat / hos serpētis liberat: enei pre
sentia. Anguem forat i maxilla: xp̄s ha
mus et armilla: in cauerna reguli. Ma
num mittit ablactatus: et sic fugit exturn
batus / vetus hospes seculi. Irrisores he
lisei: dū conscendit domū dei: zelum cal
ui sentiunt. Dauid arrepticius: hircus
emissarius / et passer effugiunt. In ma
xilla mille sternit / et de tribu sua spernit
sampson matrimonium. Sampsō ga
ze seras pandit: et asportans portas scā
dit / mōtis supciliū. Sic de iuda leo for
tis / fractis portis dire mortis: die surgēs
tertia. Rugiente voce patris: ad superne
sinum matris: tot reuexit spolia. Cetus
ionam fugitiuū: veri ione signatiuum
post tres dies reddit viuū: de ventris an
gustia. Botrus cypri reflorescit: dilata
tur et excrescit: synagoge flos marcescit
et floret ecclesia. Mors et vita cōflixere:
resurrexit xp̄us vere: et cū xp̄o surrexere:
multi testes glorie. Mane nouū / mane
letum / vespertinū tergat fletum: quia
vita vicit letū: tēpus est leticie. Jesu vi
ctor / iesu vita / iesu vite / via trita / cuius
morte mors sopita: ad paschalem nos
inuita / mensam cum fiducia. Uiue pa
nis / viuax vnda / vera vitis et fecunda /
tu nos pasce / tu nos munda: vt a mor
te nos secunda / tua saluet gratia.
Secundum lucam. xxiiij.
I N illo tpe. Exeuntes duo ex disci
pulis iesu: ibant ipsa die in castel
lum qd̄ erat in spacio stadiorū sexagin
ta ab hierusalē noīe emaus. Et ipsi lo

quebantur adinuicē: de his oībus que accíderant. Et factū est dum fabularentur et secū quererent: et ipse iesus appropinquans ibat cū illis. Oculi autē illoꝝ tenebantur: ne eū agnoscerēt. Et ait ad illos. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicē ambulantes: et estis tristes? Et respondens vnus. cui nomē cleophas: dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem. et non cognouisti q̄ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit. Que? Et dixerunt. De iesu nazareno: qui fuit vir propheta. potens in opere et sermone corā deo et omni populo. Et quomodo tradiderūt eum sūmi sacerdotes. et principes nostri in damnationē mortis: et crucifixerūt eum. Nos autē sperabamus: quia ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec oīa: tertia dies est hodie. q̄ hec facta sunt. Sed et mulieres q̄dam ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentū. Et non inuento corpore eius: venerunt dicentes se visionē angeloꝝ vidisse. qui dicunt eum viuere. Et abierūt q̄dam ex nostris ad monumētum: et ita inuenerunt sicut mulieres dixerūt. Ipsum vero: non inuenerunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum: in oībus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati xp̄m. et ita intrare in gloriā suā? Et incipiens a moyse et oīnibus prophetis: interpretabatur illis in oībus scripturis. que de ip̄o erāt. Et appropiquauerūt castello quo ibāt: et ipse se finxit longius ire. Et coegerūt illum: dicentes. Mane nobiscū quoniā aduesperascit: ⁊ inclinata est iā dies. Et intrauit cum illis. Et factū est dū recūberet cū eis: accepit panē ⁊ benedixit ac fregit. et porrigebat illis. Et statim aperti sunt oculi eoꝝ: ⁊ cognouerunt eū. Et ipse euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerunt ad inuicē. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via: ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora: regressi sunt in hierusalē. et inuenerūt cōgregatos vndecim. et eos q̄ cū ip̄is erāt dicētes. q̄ surrexit dn̄s vere. et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant i via: et quomodo cognouerunt eū: in fractione panis. Credo. Offr. Angelus domini descēdit de celo et dixit mulieribus: quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Paschales hostias immolantes q̄sumus dn̄e: vt qđ frequētamus actu. cōprehendamus effectu. per resurgentē a mortuis. dn̄m nostrū iesū xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit. Cōio. Surrexit dn̄s ⁊ apparuit petro all'a. Postcōm.

Impleatur in nobis dn̄e q̄s sacramenti paschalis sācta libatio: nosq̄ de terrenis affectibus ad celeste transferat institutum. Per dn̄m nostrum.

Feria tertia. Officium.

Aqua sapiētie potauit eos alleluya: firmabit in illis ⁊ nō flectet alleluya: et exaltabit eos ineternū allā all'a. Ps. Confitemini dn̄o quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Oratio.

Deus qui ecclesiā tuā nouo semper fetu multiplicas. concede famulis tuis: vt sacramentū viuendo teneant. quod fide perceperunt. Per dn̄m.

Lectio actuum apostolorum. xiij.

In diebus illis. Surgēs paulus: et manu silentiū indicēs ait. Uiri fratres: filij generis abrahā ⁊ q̄ in vobis timent deū. vobis verbū salutis huius missū est. Qui eni habitant hierusalē et pricipes eius: ignorātes iesum. et voces p̄phetaꝝ q̄ p oē sabbatū legunt. iudicātes impleuerūt. Et nullā causā mortis inuenientes in eo: petierunt a pilato vt interficerent eū. Cūq̄ consummassent oīa que de eo scripta erant: deponentes eū de ligno. posuerunt in monumento. Deus vero suscitauit eū a mortuis: tertia die. qui visus est per dies multos his qui simul ascenderāt cū eo de galilea in

hierusalē. qui vsq3 nunc sunt testes eius
ad plebem. Et nos vobis annunciam⁹
eam que ad patres nostros repromissio
facta est: quoniā hanc deus adimpleuit
filijs vestris. resuscitans iesum xp̄m: do
minū nostrū. Grad. Hec dies quā fecit
dn̄s: exultemus et letemur in ea. ℣. Di-
cant nunc qui redēpti sunt a dn̄o quos
redemit de manu inimici: de regionib⁹
congregauit eos. Alla. ℣. Surgēs ies⁹
dn̄s noster stetit in medio discipulorum
suorum/ et dixit: pax vobis. Sequentia

Rome casta cōtio cātica organa
subnectēs ypodorica. Regi clau-
stra deo tartarea: rūpenti decanta nunc
symphonia. Morte qui victa: resurgēs
gaudia mundo gesta colenda. Hac inso
lita: morantes perdita cochiti confinia.
Aspectāt lumina intrante illo: vita be-
ata. Terrore percussa: tremescit demonū
plebs valida. Dāt suspiria. Fletuum al
ta. Repagula quis sic audax fregerit ini
cantur tunc fortia. Sic ad supera. Re-
dit cum turma. Gloriosa et timida reso
uet discipulorum corda. Precelsa huius
trophea admirantes: flagitemus nunc
voce declius. Virginum inter agmina:
mereamur preciosa colere vt pascha. Ga
lilea in que sacrata: prefulgida contueri
lucis exordia. Secundū Lucam. xxiiij.

In illo tempore. Stetit iesus in me
dio discipulorū suorum: et dixit
eis. Pax vobis. Ego sum nolite timere.
Conturbati vero et conterriti: existima
bant se spiritum videre. Et dixit eis.
Quid turbati estis et cogitationes ascē
dunt in corda vestra? Videte man⁹ me-
as et pedes meos: quia ego ipse sū. Pal-
pate ⁊ videte: quia spiritus carnē et ossā
non habet. sicut me videtis habere. Et
cum hoc dixisset: ostendit eis manus et
pedes. Adhuc autem illis non credenti-
bus. et mirantibus pre gaudio: dixit.
Habetis hic aliquid quod māducetur?
At illi obtulerunt ei partem piscis assi:
et fauum mellis. Et cum manducasset
corā eis: sumens reliquias dedit eis. Et
dixit ad eos. Hec sūt verba que locut⁹ sū
ad vos. cum adhuc essem vobiscū: quo
niam necesse est impleri omnia. que scri
pta sūt i lege moysi ⁊ pphetis ⁊ psalmis
de me. Tūc aperuit illis sensū: vt intel-
ligerēt scripturas. Et dixit eis. Qm̄ sic
scriptū est. ⁊ sic oportebat pati xp̄m: ⁊ re
surgere a mortuis die tertia. Et p̄dicari i
noie ei⁹ penitētiā. ⁊ remissionē pctōrū: i
oēs gētes. Credo. Offr. Intonuit de ce
lo dn̄s et altissim⁹ dedit vocē suā: et ap-
paruerūt fōtes aquarum. alla. Secreta.

Suscipe dn̄e p̄ces ecclesie tue redē-
ptionis sue gratia exultantis. vt
presentium munerum fide: et tue resur-
rectionis credulitate paschali. Qui viuis
et regn̄. cū deo p̄re. Cōio. Si cōsurrexi-
stis cū xp̄o q̄ sursū sūt querite alleluya:
vbi xp̄s est in dextera dei sedens; q̄ sursū
sunt sapite alleluya. Postcommunio.

Sanctificent nos dn̄e quesum⁹ sū
pta mysteria: et paschalis obser-
uantie sufficientē nobis tribuant facul
tatem. Per. ¶ Feria quarta. Officium

Venite benedicti p̄ris mei: pci
pite regnū alla: qd̄ vobis pa
ratū est ab origine mūdi alla
alla alla. Ps. Cantate dn̄o canticum no
uum: quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos resurrectiōis dn̄i-
ce annua solēnitate letificas/ cō
cede propicius: vt per temporalia festa
que agim⁹. peruenire ad gaudia eterna
mereamur. Per eundem dominum.
Lectio actuum apostolorum. iij.

In diebus illis. Aperiēs petr⁹ os
suum: dixit. Viri israelite: et qui
timetis deū audite. Deus abraham/ et
deus isaac/ et deus iacob. deus patrū no
strorū glorificauit filium suum iesum:
quē vos quidem tradidistis et negastis
ante faciē pilati. iudicante illo dimitti.
Vos aūt sanctū et iustū negastis: et peti
stis virū homicidā donari vobis. Aucto
rem vero vite interfecistis: quē deus su-

scitauit a mortuis: cuius nos testes su-
mus. Et nūc fratres: scio q₂ per ignorā-
tiam fecistis. sicut et pricipes vr̄i. Deus
aūt q̄ prenūciauit p os oim prophetar̄.
pati xp̄m suū: impleuit sic. Penitemini
igitur et cōuertimini: vt deleant̄ pecca
ta vestra. Gr̄. Hec dies quā fecit dn̄s: ex
ultem⁹ et letemur i ea. ℣ Dextera dn̄i fe
cit vtutē: dext̄a dn̄i exaltauit me. All'a.
℣ Surrexit dominus et occurrens mu
lieribus ait: auete. tunc accesserunt ⁊ te
nuerunt pedes eius. Sequentia

Concinat orbis cunctis alleluya.
Uotis. voce solēnia. Celebrando
paschalia. Insontū tenera: cōgaudeat
turma: sacro fonte niuea. Spernēs fle-
getōtis vndas. Nos quoq₃ laxas: apte-
mus fibras: arte musica. Uoce sonora:
modificantes prosis neumata. Uoce sa
tis timula. Xp̄us nāq₃: mitis hostia. Fa
ctus nostra: ob remedia. Crucis ptulit
probra. Et iugis vita manens subijt leta
lia. Fellis amara: passus prelibare pocu
la. Uulnera satis: tolerauit dira: trāsfi-
xus clauis et lancea. Sic patiendo: ma
la gerens nostra: descendit ad ima tarta
ra. Hostis antiqui: quo destringēs arma
reuehit potēs ampla: ouando trophea.
Sicq₃ deuicta morte: ac resumpta car-
ne: resurgit victor: die i tertia. Unde iā
rotundas: ipsi canamus odas. Per quē
nobis vita plausit et̄na: ⁊ celi clara no-
bis patescat aula. Cui sit laus preclara.

Secundum iohannem. xxi.

In illo tp̄e. Manifestauit se iterū
iesus discipulis suis. ad mare ty-
beriadis: manifestauit aūt sic. Erāt au-
tē simul symon petrus ⁊ thomas q̄ dici
tur didim⁹: et nathanael qui erat a chā
na galilee. ⁊ filij zebedei. ⁊ alij ex discipu
lis eius duo. Dicit eis symon petr⁹. Ua
do piscari. Dicūt ei. Uenimus ⁊ nos te-
cū. Et exierūt ⁊ ascederunt in nauim: ⁊
illa nocte nichil prendiderūt. Mane au
tē facto stetit iesus in littore: non tamen
cognouerūt discipuli q₂ iesus est. Dixit
ergo eis iesus. Pueri: nūquid pulmēta
rium habetis? Rn̄derūt ei. Non. Dixit
eis. Mittite in dexterā nauigij rhete: et
inuenietis. Miserunt ergo rhete: ⁊ iam
nō valebāt illud trahere pre multitudi
ne pisciū. Dicit ergo discipulus ille. quē
diligebat iesus: petro. Dn̄s est. Symō
petrus cū audisset q₂ dn̄s est: tunica suc
cinxit se. erat eni nudus et misit se i ma
re. Alij autē discipuli: nauigio venerūt.
Nō enim longe erant a terra: sed quasi
cubitis ducentis trahētes rhete piscium.
Ut ergo descēderunt in terrā: viderunt
prunas positas. ⁊ piscem superpositū et
panē. Dicit eis iesus. Afferte de piscib⁹:
quos prendidistis nūc. Ascendit symō
petrus ⁊ traxit rhete in terrā: plenū ma
gnis piscibus. centum quinquaginta tri
bus. Et cū tāti essent: nō est scissum rhe
te. Dicit eis iesus. Uenite: prandete. Et
nemo audebat discūbētium interroga-
re eū. tu quis es? Sciētes q₂ dn̄s est. Et
venit iesus et accepit panē ⁊ dedit eis: ⁊
piscem similiter. Hoc iam tertio mani-
festatus est iesus discipulis suis: cum re
surrexisset a mortuis. Credo. Off. Por-
tas celi apuit dn̄s et pluit illis mānā vt
ederēt: panē celi dedit illis/ panē angelo
rū manducauit homo alleluya. Secr.

Sacrificia dn̄e paschalib⁹ gaudi-
js imolata nobis tue ppiciatiōis
munus obtineant: q̄bus ecclesia tua mi
rabiliter pascitur et nutritur. Per domi
nū. Cōio. Christus resurgens ex mortu
is iā nō morit̄ all'a/ mors illi vltra non
dominabitur alleluya allā. Postcōio.

Ab oi nos dn̄e q̄s vetustate pur-
gatos: sacramēti tui veneranda
perceptio. in nouā trāsferat creaturam.
Per dn̄m. ¶ Feria quinta. Officium.

Uictricē manū tuā dn̄e lauda-
uerūt pariter all'a: q₂ sapien-
tia aperuit os mutum et lin
guas infātiū fecit disertas alleluya all'a.
ps. Confitemini dn̄o quoniā bon⁹: q̄m
in seculum misericordia eius. Oratio

DEus qui diuersitatē gentiū i cō
fessione tui nois adunasti: da. vt
renatis fōte baptismatis. vna sit fides
mentiū. et pietas actionum. Per dñm
Lectio actuum apostolorum. viij.

IN diebus illis. Angelus dñi locu
tus est ad philippū dicēs. Surge
et vade cōtra meridianū. ad viā q̄ descē
dit ab hierusalē in gazam: hec est deser-
ta. Et surgens abijt. Et ecce vir ethiops
eunuchus potens candacis regine ethio
pum. q̄ erat super oēs gazas eius. vene-
rat adorare in hierusalē: ꝛ reuertebat͛ se
dens sup currū suū. legensq; ysaiam ꝓ-
phetā. Dixit aūt spūs philippo. Accede:
et adiūge te ad currū istū. Accurrēs aūt
philippus: audiuit eū legentē ysaiā pro-
phetā. et dixit. Putas ne intelligis q̄ le
gis? Qui ait. Et quō possum: nisi aliqs
ostenderit michi. Rogauitq; philippum
vt ascēderet: et sederet secū. Locus autē
scripture: quam legebat hic erat. Tāq̄
ouis ad occisionē ductus est: et quasi a-
gnus corā tondente se sine voce. sic non
aperuit os suū. In humilitate iudiciū
eius sublatū est: generationē eius quis
enarrabit? Qm̄ tollet͛ de terra vita eius
Respondens aūt eunuchus philippo: di
xit. Obsecro te: de quo ꝓpheta dicit hoc
de se. an de alio aliquo. Aperiēs aūt phi
lippus os suū: ꝛ icipiēs a scriptura ista.
euangelizauit illi iesū. Et dū irēt ꝑ viā:
venerunt ad quandā aquā. Et ait eunu
chus. Ecce aqua. Quis prohibet me ba
ptizari? Dixit autē philippꝰ. Si credis
ex toto corde: licet. Et rn̄dens ait. Credo
filiū dei esse iesū xp̄m. Et iussit stare cur
rum. Et ascenderunt vterq; in aquam
philippus ꝛ eunuchus: ꝛ baptizauit eū
Cum aūt ascendissēt de aqua: spūs dñi
rapuit philippū. et amplius nō vidit eū
eunuchus. Ibat autē per viā suam gau
dēs: philippus aūt inuētus est in azoto.
Et ptransiēs euāgelizabat ciuitatibus
cūctis: donec veniret cesareā: nomē dñi
nr̄i iesu xp̄i. Gr. Hec dies quā fecit dñs:
exultemus et letemur in ea. Vꝰ. Lapidē
quē reprobauerūt edificātes: hic factꝰ est
i caput anguli: a domino factū est istud
et est mirabile in oculis nostris. Nō re
petatur grad. Alleluya. V. In die resur
rectionis mee dicit dominus/ precedam
vos in galileam. Sequentia.

DIc nobis qbꝰ etheris noua. Cū
cto mūdo nūcians gaudia. No-
strā rursus visitās patriam. Respōdēs
placito vultu: clara voce dixit alta. An-
gelus michi de xp̄o: indicauit pia mira-
cula. Resurrexisse dominū: syderū ceci-
nit voce laudanda. Mox ergo pēnas vo
lucris vacuas dirigens leta per auras.
Redijt famulis: vt dixit vacuatā legem
veterē: ꝛ nouā regnare gratiam. Itaq;
plaudite famuli: voce clara: xp̄us hodie
redemit nos a morte dira. Pater filiū ꝛ
tradidit seuis: vt interimerent pro salu
te nostra. Spōte subijt filius mortē: vt
nos redimeret morte ab eterna. Nūc re
quiē rapere licet oībus: et vita fruiꝑpe-
tua. Nūc colite pariter mecū famuli: ce
lebri laude sanctū pascha. Xp̄us est pax
nostra. Secundum iohannem. xx.

IN illo tp̄e. Maria stābat ad mo-
numētū foris: plorās. Dū ergo fle
ret: inclinauit se et ꝓspexit in monumē
tū. Et vidit duos angelos in albis sedē
tes: vnum ad caput ꝛ vnū ad pedes: vbi
positū fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi
Mulier: qd ploras? Dicit eis. Qz tule-
rūt dñm meū: ꝛ nescio vbi posuerūt eū.
Hec cū dixisset: conuersa est retrorsum.
et vidit iesum stantem et nesciebat. qz ie
sus est. Et dicit ei iesus. Mulier qd plo-
ras? Quem queris? Illa existimās qz
ortolanus esset: dicit ei. Domine: si tu su
stulisti eum. dicito mihi vbi posuisti eū:
et ego eum tollam. Dicit ei iesus. Ma-
ria. Cōuersa illa: dicit ei. Rabboni: qđ
dicit͛ magister. Dicit ei iesus. Noli me
tāgere: nondū enim ascendi ad patrem
meū. Uade autē ad fratres meos: et dic
eis. Ascendo ad patrem meum et patrē

vestrum:deū meū et deū vestrū. Venit
ergo maria magdalene annūciās disci-
pulis·quia vidi dominū:⁊ hec dixit mi
chi. Credo. Offer. In die solemnitatis ve
stre dicit dn̄s: inducam vos in terram
fluentem lac et mel alleluya. Secreta.
Suscipe q̄s dn̄e munera populorū
tuorū ꝓpici⁹: vt ꝯfessione tui nois
⁊ baptismate renouati. sempiternā bea
titudinē cōsequant̄. Per. Coio. Populus
acquisitionis annunciate virtutes eius
alleluya:qui vos de tenebris vocauit in
admirabile lumen suū all'a. Postcōio.
Exaudi dn̄e p̄ces nostras: vt redēp
tionis nostre sacrosācta commer-
tia.et vite nobis conferant presentis au
xilium.et gaudia sempiterna cōcilient.
Per dn̄m. ¶ Feria sexta. Officium.
Eduxit eos dn̄s i spe all'a/et ini-
micos eorū operuit mare all'a
alleluya all'a. ps. Attēdite po
pule meus legem meam: iclinate aurē
vestram in verba oris mei. Oratio.
Omnipotēs sempiterne deus qui
paschale sacramentum in recon
ciliationis humane federe contulisti. da
mētibus nostris: vt quod professione ce
lebramus. imitemur effectu. Per dn̄m.
Lectio epistole beati petri apostoli. i. iii.
Carissimi. Xp̄s semel pro peccatis
nostris mortuus est: iustus ꝓ in-
iustis. vt nos offerret deo. mortificatos
quidē carne. viuificatos autem spū. In
quo et his qui i carcere erant spirituali-
ter veniēs predicauit:qui increduli fue-
rant aliquando quādo expectabant dei
patientiā in diebus noe cū fabricaretur
arca. in qua pauci. idest octo aīe salue fa
cte sunt ꝑ aquā. Nō et vos nūc similis
forme saluos facit baptisma:nō carnis
depositio sordiū. sed conscientie bone in
terrogatio in deum. Per resurrectionē
iesu xp̄i:qui est in dextera dei. Gr. Hec
dies quam fecit dn̄s: exultemus et lete-
mur in ea. ℣. Benedictus qui venit i no
mine dn̄i: de⁹ dn̄s et illuxit nobis. Nō
repetatur gr. All'a. ℣. Dicite in gētib⁹
quia dn̄s regnauit a ligno. Sequentia
Victime paschali laudes: immo
lant christiani. Agnus redemit
oues: christus innocēs patri: reconcilia-
uit peccatores. Mors et vita duello: con
flixere mirando: dux vite mortuus reg-
nat viu⁹. Dic nobis maria: q̄d vidisti i
via. Sepulchrū xp̄i viuētis: ⁊ gloriā vi
di resurgētis. Angelicos testes: sudariū
et vestes. Surrexit xp̄s spes nr̄a: p̄cedet
vos i galileā. Credēdum est magis soli
marie veraci: q̄ iudeorum turbe fallaci.
Scimus christum surrexisse a mortuis
vere: tu nobis victor rex miserere. ✠
Secundum matheum. xxviii.
In illo tp̄e. Undeci discipuli abie
runt in galileā: in montē vbi con
stituerat illis iesus. Et videntes eū ado
rauerunt: quidam autem dubitauerūt
Et accedens iesus: locutus est eis dicēs.
Data est michi omnis potestas: in celo
et in terra. Euntes ergo docete omnes
gentes baptizantes eos: in nomine pa-
tris et filij/et spiritus sancti. docentes
eos seruare omnia. quecūq; mādaui vo
bis. Et ecce ego vobiscum sum omnib⁹
diebus: vsq; ad consummationem secu
li. Credo in vnū deū. Offer. Erit vobis
hic dies memorialis alleluya: ⁊ diem fe
stum celebrabitis solennem domino in
ꝓgenies vestras legitimū sempiternū
diem alleluya alleluya all'a. Secreta.
Hostias q̄s dn̄e placatus assume:
quas ⁊ pro renatorū expiatiōe pec
cati deferimus. et pro acceleratione cele
stis auxilij. Per. Coio. Data est michi
omnis potestas in celo et in terra alle-
luya: eūtes docete omnes gentes bapti-
zantes eos in noīe patris et filij ⁊ spi
ritus sancti alleluya allā. Postcōmunio
Deus qui adoptionis tue. sobolē
peccatorū remissione genuisti: da
vt cuncti fideles tui veraciter apprehen
dant. que presentibus susceperūt sacra-
mentis. Per. ¶ Sabbato. Officium.

Eduxit dñs pplm suũ i exulta
tione alleluya: et electos suos
in leticia alleluya alla. ps Cõ
fitemini dño et inuocate nomẽ eius: an
nunciate inter gentes opera eius. O ro.

Concede qsumus omnipotẽs de
us: vt qui festa paschalia venerã
do egimus. per hec contingere ad gau-
dia eterna mereamur. Per dñm nostrũ

Lectio epĩe beati petri apostoli. i.ii.

Carissimi. Deponẽtes igitur oẽm
maliciã et oẽm dolum et simula
tiones. et inuidias. et oẽs detractiões: si
cut modo geniti infantes rationabiles
et sine dolo lac concupiscite. vt in eo cre-
scatis in salutẽ. Si tamẽ gustatis: quo
niã dulcis est dñs. Ad quẽ accedentes la
pidẽ viuũ ab hoib⁹ qdem reprobatum.
a deo autẽ electuz. et honorificatũ: et ipi
tanq̃ lapides viui superedificamini do
mos spirituales. sacerdotiũ sanctum. of
ferre spiritales hostias acceptabiles deo
per iesum xpm. Propter qd cõtinet scri-
ptura. Ecce ponã in syon. lapidem sum-
mũ angularẽ. probatum electum precio
sũ: et ois q credideritin eum non cõfun
detur. Vobis igitur honor credẽtibus:
non credentibus aũt lapis quẽ reproba
uerunt edificantes. hic factus est in ca-
put anguli. et lapis offensionis et petra
scandali. his q offendunt verbo. nec cre
dunt in quo z positi sũt. Vos autẽ estis
genus electũ/regale sacerdotiũ/gẽs san
cta. populus acquisitionis: vt virtutes
annũcietis eius. q de tenebris vos voca
uit in admirabile lumen suũ. Qui ali-
quando non populus dei: nunc autẽ po
pulus dei. Et qui non consecuti miam:
nunc autẽ miam consecuti. Duo pueri
in superpelliciis in pulpito dicãt Alla. V.
Hec dies quã fecit dñs: exultem⁹ et lete-
mur i ea. Nõ repetat Alla. post suũ V.
qñ duo Alla. habent. sed secundũ Alla
semp repetat post suum V. similiter fiat
quando vnũ solũ Allã. habetur. Dein-
de alii duo pueri ad gradũ chori in sup-
pelliciis cantent hoc Allã. V. Laudate
pueri dñm: laudate nomẽ dñi. et finiat
a choro: statim sequat alı⁹ V. ab eisd pu
eris. V. Sit nomẽ dñi benedictũ: ex hoc
nũc z vsq i sclz. sub finiat a choro. Dein
de repetat Allã. sine neuma. Sequẽtia

Mane prima sabbati: surgens dei fi
lius: nostra spes et gloria. Victo
rege sceleris: redijt ab inferis cum sum-
ma victoria. Cui⁹ resurrectio: omni ple
na gaudio: consolatur oia. Resurgentis
itaq: maria magdalene: facta est prenũ
cia. Ferens christi fratribus: eius mor-
te tristibus: expectata gaudia. O beati
oculi: qbus regẽ seculi: morte iam depo-
sita: prima est intuita. Hec est illa femi-
na: cuius cũcta crimina: ad xpi vestigia
eius lauit gratia. Que dũ plorat: z mes
rat: facto clamat: qd cor amat: iesũ sup
oia. Non ignorat/quẽ adorat: quid pre
cetur/sed deletur: qd mens timet cõscia
O maria mater pia: stella maris appel
laris: operum p merita. Matri xpi cõe-
quata: dum fuisti sic vocata: sed honore
subdita. Illa mũdi imperatrix: ista bea
ta peccatrix: leticie primordia: fuderũt i
ecclesia. Illa enim fuit porta: p quam fuit
lux exorta: hec resurgẽtis prenũcia: mũ-
dum replet leticia. O maria magdale-
na: audi vota laude plena: apd xpz cho
rũ istũ: clementer cõsilia. Vt fons sũme
pietatis: q te lauit a peccatis: seruos su-
os atq tuos: mũdet data venia. Amen
dicant omnia. Scdm iohannem. xx.

In illo tẽpe. Una sabbati maria
magdalene venit mane cum ad-
huc tenebre essent ad monumentũ: et vi
dit lapidẽ sublatum a monumẽto. Cu-
currit ergo et venit ad symonẽ petrũ. et
ad aliũ discipulũ quem amabat ies⁹: et
dicit eis. Tulerũt dñm de monumẽto:
et nescio vbi posuerunt eũ. Exijt ergo pe
trus. et ille alius discipulus: et venerũt
ad monumentũ. Currebãt autẽ duo si
mul: et ille alius discipulus precucurrit
citius petro. et venit prior ad monumẽ-

tũ. Et cũ se inclinasset: vidit lintheami-
na posita. nõ tamẽ itroiuit. Venit ergo
symon petrus sequens eũ: et introiuit i
monumentũ. Et vidit linteamina po-
sita: ꝛ sudariũ qđ fuerat sup caput eius
non cũ lintheaminibus positũ. sed sepa
ratim inuolutum in vnũ locũ. Tunc er
go introiuit et ille discipulus. qui vene-
rat primus ad monumẽtum: et vidit et
credidit. Nondum enim sciebãt scriptu
ras: qꝛ oportebat eũ / a mortuis resurge
re. Credo. Offer. Benedict⁹ q̇ venit i no
mine dñi / bñdixim⁹ vos de domo dñi:
de⁹ dñs et illuxit nobis allã allã. Secr.

Concede q̃s dñe semper nos p hec
mysteria paschalia gratulari: vt
continua nostre reparationis operatio:
ppetue nobis fiat causa leticie. Per dñz
Cõio. Oẽs qui in christo baptizati estis
christum induistis allã. Postcõio.

Redemptionis nostre munere ve-
getati. q̃s dñe: vt hoc ppetue salu
tis auxilio. fides sẽp vera pficiat. Per.

Dñica in octa. pasche. Officium.

Resurrexi ꝛ adhuc tecũ sum
allã: posuisti super me ma-
nũ tuam allã: mirabilis fa
cta est scientia tua allã allã
ps. Dñe probasti me et cognouisti me:
tu cognouisti sessionem meam et resur-
rectionem meam. Gloria patri. Oratio
De⁹ q̇ hodierna die. vts. i die pasc. ꝛ nul
la fiet mẽoria de dñica. Et epla. Expur-
gate vet⁹. Quere supra i die pasche. Lo-
co grad. dꝛ Allã. v. Pascha nostrũ im-
molatus est xp̃s. Scdm Allã. v. Ange
lus dñi descẽdit de celo: et accedẽs reuol
uit lapidẽ et sedebat sup eũ. Sequẽtia.

Laudes saluatori voce module-
mus supplici. Et deuotis melo-
diis: celesti dño: iubilemus messye. Qui
seipsum exinaniuit / vt nos perditos: li-
beraret homines. Carne gloriam: deita
tis occulẽs. Pannis tegit̃ in presepi: mi
serãs precepti transgressionẽ: pulsi / pa-
tria paradysi nudulũ. Joseph marie: sy
meoni subditur. Circũciditur: et legali
hostia mũdat̃ vt peccator: nostra qui so
let relaxare crimina. Serui subiit ma-
nus baptizandus: et perfert fraudes tẽ
ptatoris: fugit persequentium lapides.
Famẽ patit̃. dormit et tristat̃: ac lauat
discipulis pedes: de⁹ homo / sũmus hu-
milis. sed tamen inter hec: abiecta corpo
ris. Eius deitas / nequaq̃ quiuit: latere
signis variis: et doctrinis pdita. Aquã
nuptiis: dat sapóris vini. Cecos ocu-
los claro lumine vestiuit: leprã [illegible] ta
ctu fugat: placito. Putres. suscitat mor-
tuos: mẽbraqꜫ curat debilia. Fluxũ san
guinis constrinxit: ꝛ saturauit q̇nqꜫ de pa
nibus: q̇nqꜫ milia. Stagnum peragrat
fluctuãs: seu siccũ litt⁹ vẽtos sedat. Lin
guã reserat constrictã: reclusit aures pri
uatas vocibus: febres depulit. Post hec
mira: miracula taliaqꜫ. Sponte sua cõ
prehẽdit̃: et dãnatur. Et se crucifigi: nõ
desperit. Sed sol ei⁹ mortẽ: nõ aspexit.
Illuxit dies: quã fecit dñs. Hostẽ deua-
stans: et victor suis apparens: dilectori-
bus viuus. Primo marie: dehinc apo-
stolis. Docẽs scripturas: cor aperiẽs vt
clausa: de ipso reserarent. Fauent igitur
resurgenti: christo cuncta gaudiis. Flo-
res segetes: rediuiuo fructu vernãt ꝛ vo
lucres: gelu tristi terso: dulce iubilant.
Lucẽt clarius / sol et luna: morte christi
turbida. Tellus herbida. resurgẽti xp̃o:
plaudit q̇ tremula eius morte se casurã
minitat. Ergo die ista exultemus: qua
nobis viam vite resurgens: patefecit ie
sus. Astra solum: mare iocundentur: et
cuncti gratulent̃ in celis: spirituales cho
ri trinitati. Euangeliũ Offer. ꝛ Secret
vt supra in die pasche. Infra canonem.
Communicantes, et Hanc igitur. Ce-
tera sicut in die pasche dicuntur.

Missa dominicalis per
ebdomadã dicit̃. Officiũ.

Quasi modo geniti infãtes al-
leluya: rationabiles sine do-
lo: lac concupiscite alleluya

alla alla. ℣. Exultate deo adiutori nr̃o: iubilate deo iacob. Non dicit Gloria in excelsis. in ferijs p totũ annũ quado de ferijs agitur: nec Ite missa est. Oratio.

Presta quesumus oĩpotens deus: vt qui paschalia festa peregim⁹. hec te largiente moribus et vita teneamus. Per dñm. In oĩbus ferijs pasche tẽpore et in oĩbus festis triũ lectionũ sine regimine chori dñr tres collecte sicut i pria dñica aduẽtus dñi prenotatũ est.

Lectio epistole beati iohannis apli. i. v

Charissimi. Omne qđ natum est ex deo: vicit mũdũ. Et hec est victoria q̃ vincit mũdũ: fides nr̃a. Quis est aũt q̃ vincit mũdũ. nisi q̃ credit qm̃ ies⁹ est fili⁹ dei? Hic est q̃ venit p aquã et sãguinẽ: ies⁹ xp̃s. Nõ i aqua solũ: sed i aq̃ et sãguie. Et sp̃s est q̃ testificat: qm̃ xp̃s est veritas. Qm̃ tres sũt q̃ testimoniũ dãt i celo: pr̃ vbũ ⁊ sp̃s sctũs. Et hi tres vnũ sũt. Et tres sunt qui testimoniũ dant i terra: spiritus/ aqua/ et sanguis. Et hi tres vnũ sunt. Si testimoniũ hoĩm accipim⁹: testimoniũ dei mai⁹ est. Qm̃ hoc est testimoniũ dei qđ mai⁹ est: qz testificat⁹ est de filio suo. Qui credit i filiũ dei: hz testimoniũ dei i se. In loco gr̃. dicat hoc Alla. ℣. Post dies octo ianuis clausis: stetit iesus in medio discipulorũ suorũ: et dixit pax vobis. Alleluya. ℟. Angelus domini descendit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Alius ℣. Respondens autem angelus dixit mulieribus quẽ queritis: ille autem dixerunt iesum nazarenum. Isti duo ℣. dicũt p ebdomadã alternis vicibus: ita tamen q ℣. Respondens. prio dr̃ qñ de feria agit. Et si nulla fest. p hãc ebdõaz ad hoc vacauerit: tũc vltim⁹ ℣. eo ãno oĩno p̃mittat. ¶ Et notãđ est q oĩ die p hoc idẽ tempus dñr duo Alla ad missã de quocũqz fiat seruitium excep̃tis vigilijs pasche ascẽsiõis ⁊ p̃thecos. et nisi in missis q̃ in p̃cessione dñr euãg.

Secundum iohannem. xx.

In illo tp̃e. Cum esset sero die illo vna sabbatorũ. ⁊ fores essent clause. vbi erant discipuli congregati p̃pter metũ iudeorũ: venit iesus et stetit in medio ⁊ dixit eis. Pax vobis. Et cũ hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sũt ergo discipuli: viso dño. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cũ dixisset: insufflauit. ⁊ dixit eis. Accipite sp̃m sanctũ. quorũ remiseritis peccata: remittuntur eis. Et quorum retinueritis: retenta sunt. Thomas autẽ vnus ex duodecim qui dicitur didimus: nõ erat cũ eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei: alij discipuli. Vidim⁹ dñm. Ille autem: dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurã clauorũ. ⁊ mittam digitum meũ i locum clauorũ. et mittam manũ meã in latus eius: non credam. Et post dies octo: iterum erãt discipuli eius intus ⁊ thomas cũ eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde: dicit thome. Infer digitũ tuũ huc: et vide manus meas. et affer manũ tuam. et mitte in latus meum. et noli esse incredulus. sed fidelis. Respõdit thomas: ⁊ dixit ei. Dominus meus: ⁊ deus me⁹. Dicit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati q̃ nõ viderũt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit iesus in conspectu discipulorum suorũ: que non sunt scripta in libro hoc. Hec autẽ scripta sunt vt credatis: quia iesus est xp̃s filius dei. Et vt credẽtes vitam habeatis: in noĩe ei⁹.

Offert. Angelus domini descẽdit de celo/ et dixit mulieribus: quem queritis/ surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Suscipe munera dñe q̃s exultantis ecclesie: et cui causã tanti gaudij contulisti. perpetuum fructum concede leticie. Per. Cõio. Mitte manũ tuam ⁊ cognosce loca clauorum alleluya: et noli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcõmunio.

Q Uesumꝰ dñe deꝰ nr̄: vt sacrosancta mysteria q̄ ꝓ reparatiõis nostre munimine cõtulisti. et p̄sẽs nobis remedium esse facias ⁊ futurũ. Per do.

¶ Feria.iiij. Ad corinthios. primi.xv.

F Ratres. Si xp̄s p̄dicat̄ ꝙ resurrexit a mortuis: quomodo q̄dam in vobis dicũt. qm̄ resurrectio mortuoꝝ nõ est? Si aũt resurrectio mortuoꝝ nõ est: neqꝫ xp̄s resurrexit. Si autẽ xp̄s nõ resurrexit: inanis est p̄dicatio nr̄a / inanis est et fides nr̄a. Inuenimur autẽ et falsi testes dei: qm̄ testimoniũ diximus aduersus deũ / ꝙ suscitauerit xp̄m: quẽ nõ suscitauit si mortui nõ resurgũt. Nã si mortui nõ resurgũt: neqꝫ xp̄s resurrexit. Quõ si xp̄s nõ resurrexit: vana est fides nr̄a. Adhuc eni estis i pctis vr̄is. Ergo et q̄ dormierũt in xp̄o: perierunt. Si in hac vita tantũ in xp̄o sperãtes sumꝰ: miserabiliores sumus oĩbus hominibus Nunc aũt xp̄s resurrexit a mortuis primitie dormientiũ: qm̄ quidẽ ꝑ hominẽ mors. et ꝑ hoiem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adam oẽs moriuntur: ita et i xp̄o oẽs viuificabũt̄. Unusq̄sqꝫ autem in suo ordine: ꝑ iesum xp̄m dñm nr̄m.

Secundum marcum. xvi.

I N illo tpe. Surgens iesus mane prima sabbati: apparuit primo marie magdalene. de qua eiecerat septẽ demonia. Illa vadens: nũciauit his. qui cum eo fuerant lugentibus et flentibꝰ. At illi audientes q2 viueret. et visus esset ab ea: nõ crediderunt. Post hec autẽ duobus ex his ambulantibus. ostẽsus est in alia effigie: euntibus i villam. Et illi euntes: nunciauerunt ceteris. ¶ Feria sexta. Ad hebreos. xiii.

F Ratres. Obedite prepositis vr̄is: et subiacete eis. Ip̄i eĩ ꝑuigilãt / quasi rationẽ ꝓ aiabus vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt. et nõ gementes. Hoc eni nõ expedit vobis: orate pro nobis. Confidimꝰ eni. q2 bonã cõscientiam habemus. in oĩbus: bene volẽtes cõuersari. Ampliꝰ autẽ deprecor vos hoc facere: quo celeriꝰ restituar̄ vobis. Deꝰ autẽ pacis q̄ eduxit de mortuis. pastorẽ magnũ ouiũ in sãguine testamẽti etni. dñm nostrũ iesũ xp̄m: aptet vos i oĩ opere bono: vt faciatis voluntatẽ eiꝰ. faciens i vobis qđ placeat corã se ꝑ iesũ xp̄m. Cui est gloria: in secula seculorũ. Amen

Secundum matheum. xxviii.

I N illo tpe. Exierunt mulieres de monumẽto. cũ timore et gaudio magno: currẽtes nũciare discipulis eiꝰ. Et ecce iesus occurrit illis: dicẽs. Auete. Ille aũt accesserũt ⁊ tenuerũt pedes eiꝰ: et adorauerũt eũ. Tũc ait illis iesꝰ. Nolite timere. Ite nũciate fratribꝰ meis, vt eant in galileã: ibi me videbũt. Que cũ abijssẽt: ecce quidã de custodibus / venerũt in ciuitatẽ. et nunciauerũt principibus sacerdotum. oĩa que facta fuerãt Et cõgregati cũ senioribus: consilio accepto. pecuniã copiosã dederũt militibꝰ, dicẽtes. Dicite q2 discipuli eiꝰ nocte venerũt: et furati sũt eũ. vobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit a p̄side: nos suadebimꝰ ei. ⁊ securos vos faciemꝰ. At illi accepta pecunia: fecerũt sicut erant edocti. Et diuulgatũ est ṽbũ istud apd iudeos: vsqꝫ i hodiernũ diẽ. ¶ Sciẽdũ est ꝙ i oĩ festo cũ regimine chori ab oct. pasche vsqꝫ ad ascẽsionẽ dñi scđm Alla. erit vnũ de subscriptis dictis qbꝰ reincipiant̄: et sũt noue i nũero. Alla. V. Mane nobiscũ dñe q2 declinata est iã dies ad vesperũ. Alla. V. Oportebat pati xp̄m ⁊ resurgere a mortuis: et ita itrare i gloriã suã. Alla. V. Xp̄s resurgẽs ex mortuis iã nõ morit̄ mors illi vltra nõ dñabitur. Alla. V. Surrexit altissimus de sepulchro: q̄ ꝓ nobis pepẽdit i ligno. Alla V. Surrexit xp̄s et illuxit pp̄lo suo quẽ redemit ip̄e de sãguine suo. Alla. Vꝰ. Xp̄s mortuus est ꝓpt̄ delicta nr̄a et surrexit ꝓpter iustificationẽ nostram. Allã. Vꝰ Surgẽs iesꝰ dñs nr̄ stetit i medio discipuloꝝ suoꝝ dixit pax vobis. Alla. Vꝰ.

Surrexit dñs et occurrẽs mulieribus
ait:auete.tũc accesserũt et tenuerunt pe
des eiꝰ. Alla.ṽ In die resurrectiõis mee
dicit dñs pcedã vos i galileã. Si i hac
dñica vel i sequẽtibꝰ fiat seruitiũ de a li-
quo festo cũ regimine chori:tũc ad mis-
sam secundũ Alleluya nõ erit de dñica:
sed vnũ de nouẽ predictis per ordinem.
¶ Dñica secunda post pascha hac die ⁊
oibus dñicis diebus vsq ad ascensionẽ
dñi dr missa de resurrectione sicut i die
pasche preter grã. et Cõmunicantes. et
Hanc igitur.sed nulla fiat memoria de
dñica ad missã de resurrectiõe. Et semp
dicitur sequentia Uictime paschali lau
des. Et si festũ alicuꝰ sancti cũ regimine
chori in dñica euenerit:tunc de sancto dr
missa: et memoria de resurrectione: sed
nõ de dñica. ¶ Notãdum est q in oibꝰ
dñicis a pascha vsq ad ascẽsionem erit
primũ Alla. ṽ Pascha nostrũ. ⁊ secũdũ
Alla. de sua dñica scz qd plus facit mẽ-
tionẽ de resurrectione:qd est vltimũ. Et
semp infra predictũ tempus de quocun
q dicit missa fiat memoria de resurre-
ctione cũ hac oratione. Deus qui p vni-
genitum. nisi in inuentiõe sancte crucis
Missa vero dñicalis per ebdomadã di-
citur cũ prefatiõe quotidiana. Et si nul
la feria p ebdomadã vacauerit a festo:
tũc in dñica in capitulo dicitur. Missa
dñicalis ebdomade secũde. Officium.



Isericordia dñi plena est
terra alleluya:verbo dei ce
li firmati sunt alleluya al-
leluya. ps. Exultate iusti i
dño:rectos decet collaudatio. Oratio.
Deus qui in filij tui humilitate
iacentẽ mundũ erexisti.fidelibꝰ
tuis perpetuã concede leticiã: vt quos p
petue mortis eripuisti casibus.gaudijs
facias sempiternis pfrui. Per eũdẽ dñz
Lectio epistole beati petri apli. i.ij.
Carissimi. Xps passus est p nobis
vobis relinquens exemplũ: vt se
quamini vestigia eius. Qui peccatum
nõ fecit:nec inuẽtus est dolus in ore eiꝰ.
Qui cũ malediceretur:nõ maledicebat
Cũ pateretur:non cõminabatur. Tra-
debat autẽ iudicanti se iniuste:qui pctã
nrã ipse ptulit i corpore suo sup lignũ:
vt peccatis mortui.iusticie viuamꝰ. cu
ius liuore sanati sumus. Eratis enim si
cut oues errantes: sed cõuersi estis nunc
ad pastorẽ et episcopũ:aiarum vestrarũ.
Alla.ṽ. Ego sũ pastor bonꝰ et cognosco
oues meas ⁊ cognoscũt me mee. Alla.ṽ
Surrexit pastor bonꝰ q posuit aiam su
am p grege suo. Secundum iohãnẽ. x.
In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Ego sũ pastor bonus. Bonꝰ
pastor:aiam suam dat pro ouibus suis.
Mercenarius aũt ⁊ q nõ est pastor cuiꝰ
nõ sunt oues ppriẽ:videt lupũ veniẽtẽ.
⁊ dimittit oues.⁊ fugit. Et lupꝰ rapit:⁊
dispgit oues. Mercenarius autẽ fugit:
q mercenarius est:⁊ nõ ptinet ad eũ de
ouibus. Ego sũ pastor bonꝰ. Et cogno-
sco oues meas:⁊ cognoscũt me mee. Si
cut nouit me pat. ⁊ ego agnosco pẽm:
et aiam meã pono p ouibꝰ meis. Et ali
as oues habeo.q nõ sunt ex hoc ouili: et
illas oportet me adducere. et vocẽ meã
audient. Et fiet vnũ ouile: ⁊ vnꝰ pastor.
Offer. Deꝰ deꝰ meꝰ ad te de luce vigilo:
⁊ i noie tuo leuabo manꝰ meas alla. Secr
Benedictionẽ nobis dñe conferat
salutarẽ sacra sẽp oblatio: vt qd
agit mysterio.virtute perficiat. Per d.
Cõio. Ego sum pastor bonus alleluya:
et cognosco oues meas/⁊ cognoscũt me
mee alleluya alleluya. Postcõmunio.
Presta nobis omps et misericors
deus: vt viuificationis tue gra-
tiam consequentes.in tuo sẽper mune-
re gloriemur. Per dñm. ¶ Feria.iiij.
Lectio epistole beati petri apostoli. i.i.
Carissimi. Scientes q non corru
ptibilibus argento vel auro redẽ
pti estis de vana vestra cõuersatione pa
terne traditiõis sed precioso sanguine:
quasi agni incõtaminati ⁊ immaculati

xp̄i:p̄cogniti q̄dē ante mūdi cōstitutio-
nē. Manifestati aūt nouissimis tēporibus:
ꝓpter vos qui ꝑ xp̄m fideles estis i
deū. Qui suscitauit eū a mortuis. et dedit
ei gloriā: vt fides vestra et spes esset
in deo. Aīas vestras castigantes. in obe
dientia caritatis. in fraternitatis amore/
simplici. ex corde inuicē diligite attē
tius: renati nō ex semine corruptibili s;
incorruptibili ꝑ verbū dei viui. et ꝑmanentis.
Q2 ois caro vt fenū: et ois gloria
eius tanq̄ flos feni. Exaruit eni fenū: ⁊
flos eius decidit. Uerbū aūt dñi: manet
in eternum. Secundum lucam. xxiiij.

In illo tp̄e. Una sabbati valde diluculo.
venerūt mulieres ad monumētū:
portātes q̄ parauerant aromata.
Et inuenerūt reuolutū lapidē a monumēto:
et ingresse nō inuenerūt corp⁹
dñi iesu. Et factū est dum mente consternate
essent de isto: ecce duo viri steterūt
iuxta illas in veste fulgenti. Cū timerēt
autē et declinarent vultū in terrā: dixerunt
ad illas. Quid queritis. viuētem
cū mortuis? Nō est hic: sed surrexit. Recordamini
qualiter locutus est vobis.
cum adhuc in galilea esset: dicens. quia
oportet filiū hoīs tradi i manus hominū
peccatorꝝ. et crucifigi. et tertia die resurgere.
Et rememorate sūt verborum
eius: ⁊ regresse a monumēto. nunciauerunt
hec oīa illis vndecim et ceteris omnibus.
Erat aūt maria magdalene ⁊ iohāna
et maria iacobi ⁊ cetere q̄ cum eis
erant: q̄ dicebāt ad apostolos hec. Et visa
sunt ante illos sicut deliramenta verba
ista: et nō credebāt illis. Petrus aūt
surgens cucurrit ad monumentū: et ꝓcumbēs
vidit lintheamina sola posita.
Et abijt secū mirans: q̄d factum fuerat.

¶ Feria sexta. Ad Romanos. v.

Fratres. Sicut ꝑ vnius delictum
in oēs hoīes in condēnationem:
sic ⁊ per vnius iusticiā in oēs homines in
iustificationē vite. Sicut eni per inobedientiā
vnius hominis peccatores constituti
sunt multi: ita ⁊ per vnius obedientiā
iusti constituentur multi. Lex autem
subintrauit: vt abundaret delictū.
Ubi aūt abundauit delictū supabundauit
et gratia: vt sicut regnauit pctm̄ in
mortē. ita et gratia regnet ꝑ iusticiam i
vitā eternā. Per iesū xp̄m: dñm nostrū.
Secundum matheum. ix.

In illo tp̄e. Accesserūt ad iesum discipuli
iohannis: dicētes. Quare
nos ⁊ pharisei ieiunamus frequēter. discipuli
aūt tui nō ieiunāt? Et ait illis iesus.
Nunq̄d possunt filij spōsi lugere. q̄
diu cū illis est spōs⁹? Uenient aūt dies cū
auferet ab eis sponsus: et tūc ieiunabūt.
Nemo aūt immittit cōmissurā panni rudis:
in vestimētū vetus. Tollet eni plenitudinē
ei⁹ a vestimēto: ⁊ peior scissura
fit. Neq3 mittūt vinū nouū: i vtres
veteres. Alioq̄n. rumpūt vtres. ⁊ vinū
effūdet ⁊ vtres ꝑibūt. Sed vinū nouū i
vtres nouos mittūt: ⁊ ābo conseruātur.

¶ Missa dñicalis ebdōe tertie. Officiū.

Iubilate deo oīs terra alleluya/
psalmum dicite nōi
eius alleluya: date gloriā
laudi eius alla alla alla.
Ps. Dicite deo q̄ terribilia sunt opa tua
dñe: in multitudine virtutis tue. Orō.

Deus q̄ errātibus vt i viā possint
redire iusticie veritatis. tue lumē
ostendis: da cunctis q̄ xp̄iana ꝓfessione
cēsent. et illa respuere. q̄ huic inimica sūt
noī ⁊ ea que sunt apta sectari. Per dñm
Lectio epistole beati petri apostoli. i. ij.

Carissimi. Obsecro vos tanq̄ aduenas
⁊ pegrinos. abstinere vos
a carnalibus desiderijs. que militāt aduersus
aīam: cōuersationē vestrā inter
gentes habentes bonā. vt i eo q̄d detractant
de vobis tanq̄ de malefactoribus
ex bonis operibus. vos cōsiderātes. glorificent
deū in die visitatiōis. Subiecti
igitur estote oī humane creature ꝓpter
deum: siue regi quasi precellenti. siue ducibus
tanq̄ ab eo missis. ad vindictam

malefactorũ.laudẽ vero bonorũ. Quia
sic est volũtas dei: vt bñfaciẽtes obmu-
tescere faciatis imprudentiũ hoim igno
rantiã. Quasi liberi. ⁊ nõ quasi velamẽ
habentes malicie libertatẽ: sed sicut ser-
ui dei. Oẽs honorate: fraternitatẽ dili
gite. Deum timete: regem honorificate
Serui: subditi estote i oi timore dñis.
non tantũ bonis et modestis. sed etiã di
scolis. Hec est eni gr̃a. In xp̃o iesu: dño
nr̃o. Allr̃a. V. Modicũ ⁊ nõ videbitis me
dicit dñs. iterũ modicũ et videbitis me/
quia vodo ad patrẽ. Allr̃a. V. Iterũ aũt
videbo vos/et gaudebit cor vestrum: ⁊
gaudiũ vestrũ nẽo tollet a vobis. Allr̃a.
V. Surrexit xp̃s q̃ creauit oia ⁊ misert⁹
est humano generi. In hac ebdomada
ad missã in diebus ꝓ festis primũ Allr̃a.
sz Modicũ. vz p totã ebd̃az loco gr̃.et
alia duo dñr alternis vicib⁹ in ferijs ⁊ in
festis triũ lec. qd̃ etiã i ꝓria seq̃nti ebd̃.
obseruandũ est. Scd̃m iohannem. xvi.

In illo tp̃e. Dixit iesus discipulis
suis. Modicũ et iã non videbitis
me. et iterũ modicũ ⁊ videbitis me: quia
vado ad patrẽ. Dixerũt ergo discipuli
eius adinuicẽ. Quid est hoc qd̃ dicit no-
bis. modicũ et non videbitis me: ⁊ iterũ
modicũ et videbitis me: ⁊ quia vado ad
patrẽ? Dicebant ergo. Quid est hoc qd̃
dicit modicũ. Nescim⁹ quid loquit̃. Co
gnouit autẽ iesus q2 volebãt eũ interro
gare: et dixit eis. De hoc q̃ritis iter vos:
q2 dixi modicũ et nõ videbitis me. et ite
rũ modicũ et videbitis me. Amẽ amen
dico vobis: q2 plorabitis ⁊ flebitis vos.
mũdus aũt gaudebit. Vos aũt cõtrista
bimini: sed tristicia vestra. vertetur in
gaudiũ. Mulier cũ parit tristiciam hz:
q2 venit hora eius. Cũ autẽ peperit pue
rũ: iã non meminit pressure ꝓpter gau-
dium. quia nat⁹ est homo in mũdũ. Et
vos igitur: nunc q̃dem tristiciã habetis
Iterũ autẽ videbo vos: et gaudebit cor
vestrum. Et gaudium vestrum: nemo
tollet a vobis. Offr̃. Lauda aia mea do
minum laudabo dominũ in vita mea:
psallam deo meo q̃diu ero. Secreta.

His nobis q̃s dñe misterijs ꝯfera-
tur: quo terrena desideria mitigan
tes discamus amare celestia. Per. Cõio
Modicum et non videbitis me allr̃a: ite
rũ modicum et videbitis me/ quia va-
do ad patrem alleluya allr̃a. Postcõio.

Respice q̃s dñe populum tuum ⁊
quẽ eternis dignatus es renoua
re mysterijs: a temporalibus culpis di-
gnanter absolue. Per. ¶ Feria quarta.
Lectio epistole beati iohannis apl̃i. i.ij.

Carissimi. Hec scribo vobis: vt nõ
peccetis. Sed si q̃s peccauerit ad
uocatũ habemus apud patrẽ iesũ xp̃m
iustũ: ⁊ ip̃e est ꝓpiciatio pro pctis nr̃is.
Non pro nostris aũt tãtũ: sed etiã ꝓ to
tius mũdi. Et in hoc scimus. q̃m cogno
uimus eũ: si mãdata eius obseruemus
Qui dicit se nosse eũ. et mãdata eius nõ
custodit: mendax est. et veritas in eo nõ
est. Qui autẽ seruat verbũ eius: vere in
hoc caritas dei ꝑfecta est. In hoc scim⁹
q̃m in ipso sumus. si in ipso ꝑfecti fueri
mus. Qui dicit se in ipso manere: debet
sicut ille ambulauit. et ipse ambulare.
Carissimi: non mãdatum nouũ scribo
vobis: sed mandatũ vet⁹. qd̃ habuistis
ab initio. Mandatũ vetus: est verbum
qd̃ audistis. Iterũ mandatũ nouũ scri-
bo vobis: qd̃ est verũ in ipso et in vobis
Quoniã tenebre transierunt: et lumen
verum iam lucet. Per iesum xp̃m: dñm
nostrum. Secundum iohannem. iij.

In illo tp̃e. Facta est q̃stio ex disci
pulis iohis cũ iudeis: de purifica-
tione. Et venerũt ad iohẽm: ⁊ dixerunt
ei. Rabbi: q̃ erat tecũ trans iordanẽ. cui
tu testimonium ꝑhibuisti/ecce hic bapti
zat ⁊ oẽs veniũt ad eũ. Rn̄dit iohẽs: ⁊ di
xit. Nõ potest homo accipere quicq̃: ni-
si illi datũ fuerit de celo. Ipsi vos michi
testimoniũ ꝑhibetis qd̃ dixerim vobis
q2 ego nõ sum xp̃us: sed q2 missus sũ an
te illũ. Qui habet sponsam: spõsus est.

Amicꝰ aũt spõsi. q̃ stat ⁊ audit eũ:gau
dio gaudet.ꝓpter vocẽ spõsi. In hoc er
go gaudiũ meũ:impletũ est. Illũ opoꝛ-
tet crescere:me autẽ minui. Qui de sur-
sũ venit:sup oẽs est. Qui est de terra de-
terra est:et de terra loquit᷑. Qui de celo
venit:sup oẽs est. Et qđ vidit ⁊ audiuit
hoc testat᷑: ⁊ testimoniũ eius nemo acci-
pit. Qui aũt acceperit eius testimoniũ:
signauit q2 deus verax est. Quẽ eni mi
sit deus:verba dei loquit᷑. Nõ enim ad
mensuram:dat deus spiritũ. Pater dili
git filiũ:et oĩa dedit in manu eius. Qui
credit in filiũ:habet vitã eternam. Qui
autem incredulus est filio: non videbit
vitã:sed ira dei manet super eum. ¶ Fe
ria sexta. Ad thessalonicenses. pꝛime.v.

FRatres. Oẽs enim vos filij lucis
estis. ⁊ filij dei.nõ sumus noctis
neqꝫ tenebꝛaꝝ. Igit᷑ nõ doꝛmiamꝰ sicut
et ceteri:sz vigilemꝰ et sobꝛij simꝰ. Qui
eni doꝛmiũt:nocte doꝛmiũt. Et q̃ ebꝛij
sũt:nocte ebꝛij sunt. Nos aũt qui diei su
mus:sobꝛij simꝰ:induti loꝛicã fidei ⁊ ca
ritatis ⁊ galeã spẽ salutis. Qm̃ nõ posu
it deꝰ nos in irã sz i acq̃sitionẽ salutis.ꝑ
dñm nr̃m iesũ xp̃m q̃ moꝛtuus est ꝑ no
bis:vt siue vigilemꝰ.siue doꝛmiamꝰ.si
mul cũ illo viuamꝰ. Propter qđ cõsola
mini mutuo:⁊ edificate alterutrum. In
xp̃o iesu:dño nr̃o. Scd̃m iohannẽ. xij.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Ego lux in mũdum veni:vt
oĩs q̃ credit in me.i tenebꝛis nõ maneat
Et si q̃s audierit verba meã et nõ custo
dierit ea: ego nõ iudico eũ. Nõ eni veni
vt iudicẽ mũdũ:sed vt saluificẽ mũdũ.
Qui spnit me et nõ accipit verba mea:
habet q̃ iudicet eũ. Sermo quẽ locutus
sũ:ille iudicabit eũ in nouissimo die. Q2
ego ex meipso nõ sũ locutus:sed q̃ misit
me pater.ipse michi mandatũ dedit.q̃d
dicã aut q̃d loquar. Et scio q2 mandatũ
eiꝰ:vita et̃na est. Que ergo ego loquoꝛ:
sicut dixit michi pater:sic loquoꝛ.
¶ Missa do.ebd.iiij.post pascha. Offiti

CAntate dño cãticũ nouum
allã: q2 mirabilia fecit dñs
alleluya ante conspectum
gentiũ reuelauit iusticiam
suã allã allã.ps. Saluabit sibi dextera
eius:et bꝛachium sanctum eius. Oꝛatio

DEus q̃ fideliũ mentes vnius effi
cis volũtatis. da poplis tuis id
amare qđ p̃cipis.id desiderare qđ pꝛo-
mittis:vt iter mũdanas varietates.ibi
nr̃a fixa sint coꝛda.vbi vera sũt gaudia
Per d̃. Lctõ eplẽ btĩ iacobi apostoli. i.

CArissimi. Omne datũ optimũ.⁊
oẽ donũ ꝑfectũ desursum est. de-
scẽdẽs a patre luminũ:apud quẽ nõ est
trãsmutatio.nec vicissitudinis obũbꝛa-
tio. Volũtarie eni genuit nos verbo ve-
ritatis: vt simus initiũ aliqđ creature
eius. Scitis fr̃es mei dilectissimi. Sit
autẽ oĩs homo velox ad audiẽdũ:tardꝰ
aũt ad loquendũ.et tardꝰ ad irã. Ira eni
viri:iusticiã dei nõ operat᷑. Propter qđ
abijciẽtes oẽm imundiciã ⁊ abũdantiã
malicie:in mansuetudine suscipite insi
tũ verbũ. Qđ potest saluare:aĩas vr̃as
Allã.℣. Vado ad eũ q̃ misit me.sed q2
hec locutus sũ vobis tristicia ipleuit coꝛ
vestrum. Alleluya ℣. Ego veritatẽ dico
vobis:expedit vobis vt ego vadã. Allã
℣. Surrexit dñs vere:et apparuit petro
Et dicuntur sicut notat᷑ i pꝛima dñica
pꝛecedenti. Secundum iohannem.xvi.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Vado ad eũ q̃ me misit:⁊ ne
mo ex vobis interrogat me quo vadis?
Sed q2 hec locutus sum vobis:tristicia
impleuit coꝛ vestrũ. Sed ego veritatem
dico vobis:expedit vobis. vt ego vadã
Si eni nõ abiero:paraclytus nõ veniet
ad vos. Si autẽ abiero:mittã eũ ad vos
Et cũ venerit:ille arguet mundũ de pec
cato.⁊ de iusticia.⁊ de iudicio. De pctõ
quidẽ:q2 nõ crediderũt in me. De iusti-
cia vero:q2 ad patrẽ vado.⁊ iã non vide
bitis me. De iudicio autẽ:q2 pꝛinceps hu
ius mũdi.iã iudicatꝰ est. Adhuc multa

habeo vobis dicere:ſꝫ nõ poteſtis porta
re modo. Cũ autẽ venerit ille ſpũs veri-
tatis:docebit vos omnẽ veritatem. Nõ
eni loquet a ſemetipſo:ſed q̃cũq̃ audiet
loquet.⁊ q̃ vẽtura ſũt ãnũciabit vobis.
Ille me clarificabit:q2 de meo accipiet.
et annũciabit vobis. Oĩa q̃cunq̃ habet
pater:mea ſũt. Propterea dixi.quia de
meo accipiet:et ãnũciabit vobis. Offr.
Jubilate deo vniuerſa t̃ra: iubilate deo
vniuerſa terra:pſalmum dicite nomini
eius:venite et audite.et narrabo vobis
omnes qui timetis deũ:quanta fecit do
minus anime mee alleluya. Secreta.
Deus q̃ reſurgẽs a mortuis paſſi
one caſſata: potẽtiorẽ te tuis di
ſcipulis reddidiſti:cõcede ꝓpici⁹.vt nos
quoq̃ maieſtati tue hoc paſchale ſacrifi
ciũ cõciliet. et ad gratiã tuã ꝓmerendã
in bonis opib⁹ efficiat prõptiores. Qui
viuis et regnas cũ deo patre. Cõio. Dũ
venerit paraclyt⁹ ſpũs veritatis ille ar-
guet mundum de peccato et de iuſticia
et de iudicio alleluya all'a. Poſtcõio.
Adeſto nobis dñe de⁹ noſter:vt p
hec que fideliter ſumpſimus.et
purgemur a vicijs.et a periculis omni-
bus eruamur. Per dominũ noſtrum.
¶ Feria.iiij. Lctõ epl'e bti iacobi apl'i.ij.
Cariſſimi. Nolite i pſonarũ acce-
ptiõe:habere fidẽ dñi nr̃i ieſu xp̃i
glorie. Cũ eni itroierit vir.in ꝯuentũ ve
ſtrũ anulũ aureũ habẽs in veſte cãdida
introierit aũt et paup i ſordido habitu.
et intẽdatis in eũ q̃ indut⁹ eſt veſte p̃cla
ra.⁊ dixeritis ei.tu ſede hic bene.paupe
ri aũt dicatis.tu ſta illic.aut ſede ſub ſca
bello pedũ meorꝫ:nõne iudicatis apud
voſmetipſos.⁊ facti eſtis cogitationũ ii-
quarꝫ iudices? Audite fr̃es mei dilectiſ
ſimi. Nõne de⁹ elegit paupes. i hoc mũ
do diuites i fide.⁊ heredes regni.qd̃ re-
promiſit de⁹ diligẽtib⁹ ſe? Vos aũt:ex-
honoraſtis pauperẽ. Nõne diuites p po
tentiã opprimũt vos.⁊ ipſi trahunt vos
ad iudicia? Nõne ipſi blaſphemãt bonũ
nomen qd̃ inuocatũ eſt ſup vos? Si ta-
men legẽ pficitis regalem.ſcd̃m ſcriptu
ras.diliges proximũ tuũ ſicut teipſm:be
nefacitis. Si autẽ pſonas accipitis:pec
catũ operamini. redarguti a lege quaſi
trãſgreſſores. Quicũq̃ aũt legem totã
ſeruauerit.offendit autẽ in vno:factus
eſt oĩm reus. Qui eni dixit nõ occides:
dixit nõ mechaberis. Qd̃ ſi non mecha
beris.occidas autẽ:factus es tranſgreſ
ſor legis. Sic loq̃mini ⁊ ſic facite:quaſi
p legem libertatis. incipientes iudicare
Judiciũ eni i ſine mia:illi q̃ non facit mi
ſericordiã. Superexaltat autem mia:iu-
dicium. Secundum iohannem. xvij.
In illo tpe. Reſpiciens ieſus in di-
ſcipulos ſuos:dixit. Pater ſancte:
ſerua eos in noĩe tuo. quos dediſti mi-
chi:vt ſint vnũ ſicut et nos. Cũ eſſem cũ
eis:ego ſeruabam eos i noĩe tuo. Quos
dediſti michi cuſtodiui: et nemo ex eis
perijt.niſi filius pditionis. vt ſcriptura
impleat. Nunc aũt ad te venio.et hec lo
quor in mundo:vt habeãt gaudiũ meũ
impletũ in ſemetipſis. Ego dedi eis ſer-
monẽ tuũ: ⁊ mundus eos odio habuit.
q2 non ſũt de mũdo. ſicut ⁊ ego non ſũ
de mũdo. Nõ rogo vt tollas eos de mũ-
do:ſꝫ vt ſerues eos a malo. ¶ Feria.vi
Lectio epiſtole beati iacobi apoſtoli. ij.
Cariſſimi. Videtis qm̃ ex opibus
iuſtificat hõ:et nõ ex fide tantũ.
Simil' aũt.⁊ raab meretrix:nõne ex ope-
ribus iuſtificata eſt.ſuſcipiẽs nũcios. et
alia via eijciẽs. Sicut eni corp⁹ ſine ſpũ
mortuũ eſt:ita et fides ſine opibus:mor
tua eſt. Secundum iohannem. xiij.
In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis
ſuis. Filioli: adhuc modicũ tem-
pus vobiſcũ ſũ. Queretis me:⁊ ſicut di-
xi iudeis.quo ego vado/vos nõ poteſtis
venire. Et vobis dico modo. Mãdatũ
nouũ do vobis:vt diligatis inuicẽ ſicut
dilexi vos.vt ⁊ vos inuicẽ diligatis. In
hoc cognoſcẽt oẽs.q2 diſcipuli mei eſtis:
ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Dicit

ei symon petrꝰ. Dñe: quo vadis? Rñdit iesus. Quo ego vado: non potes me modo sequi: sequeris aūt postea. ¶ Missa dñicalis ebdē quīte post pascha. Offiñ.

V Ocē iocūditatis annunciate et audiat̄ all'a: nūciate vsq ad extremū t̄re. liberauit dominꝰ ppl'm suū all'a all'a. ps. Jubilate deo ōis t̄ra: psalmū dicite noi eius date gloriam laudi eius. Oratio.

D Eus a quo cūcta bona ꝓcedunt largire supplicibus tuis: vt cogitemus te inspirante que recta sunt. ⁊ te gubernante eadē faciamus. Per dñm.

Lectio epistole beati iacobi apostoli. i.

C Arissimi. Estote factores verbi/ ⁊ nō auditores tantū: fallētes vosmetipsos. Quia si q̇s est auditor v̄bi. et nō factor: hic cōparabit̄ viro cōsiderāti vultū natiuitatis sue i speculo. Cōsiderauit enim se et abijt: ⁊ statim oblitꝰ est qualis fuerit. Qui autē ꝓspexerit. i legē ꝑfecte libertatis et ꝑmāserit i ea. nō auditor obliuiosꝰ factus/ sed factor operis: hic beatꝰ i facto suo erit. Si q̇s aūt putat se religiosū esse. nō refrenās linguā suā. sed seducēs cor suū: huiꝰ vana est religio. Religio mūda et imaculata apud deū et patrē hec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eor̄. ⁊ imaculatū se custodire: ab hoc s'c'lo. All'a. V. Vsq modo non petistis quicq̄: i nomie meo petite et accipietis. All'a. V. Surrexit christus. iam non moritur: mors illi vltra non dñabitur. Sc'd'm iohannē. xvi.

I N illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: si q̇d petieritis patrē in nomie meo. dabit vobis. Vsq modo: nō petistis quicq̄ in nomie meo. Petite ⁊ accipietis: vt gaudiū vestrū sit plenū. Hec in ꝓuerbijs locutꝰ sum vobis. Venit hora. cū iam nō in ꝓuerbijs loquar vobis: sed palā de patre meo annunciabo vobis. Jllo die: in noie meo petetis. Et nō dico vobis: q̄ꝛ ego rogabo patrem de vobis. Jpse enim pater amat vos: q̄ꝛ vos me amastis. ⁊ credidistis. q̄ꝛ ego a deo exiui. Exiui a patre: et veni in mundū. Jterū relinquo mūdū: et vado ad patrē. Dicūt ei discipuli eiꝰ. Ecce nūc palā loqueris: ⁊ ꝓuerbiū nullū dicis. Nunc scimus q̄ꝛ scis oīa: et non opus est tibi vt q̇s te interroget. Jn hoc credimus: quia a deo existi. Offr. Benedicite gentes dñm deum nostrum: et obaudite vocē laudis eius qui posuit animā meā ad vitā: ⁊ non dedit cōmouerī pedes meos: benedictꝰ dñs q̇ non amouit deprecationem meam et misericordiam suam a me alleluya. Secreta.

S Uscipe q̄s dñe fideliū preces cū oblationibꝰ hostiarū: vt ꝑ hec pie deuotionis officia: ad celestē gloriā transeamus. Per. Cōio. Cantate dño all'a: cantate domino benedicite nomen eius bene nunciate de die i diem salutare eiꝰ alleluya alleluya. Postcommunio.

T Ribue nobis dñe q̄s celestis mēse v̄tute saciatis: et desiderare q̄ recta sūt. ⁊ desiderata ꝑcipere. Per dñm

¶ Feria s'c'da in rogationibus si a festo cū reginine chori vacauerit dicitur post sextam pro magna missa: s'c'z Vocem iocunditatis. vt supra in dñica. Et in processione dicitur hec missa. Officium.

E Xaudiuit de tēplo s'ācto suo vocē meā all'a: ⁊ clamor meus i ꝯspectu eiꝰ: itroiuit in aures eiꝰ all'a all'a. ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamētū meū ⁊ refugiū meū: ⁊ liberator meꝰ. Or.

P Resta q̄s oīps deus: vt qui i afflictione n'r'a de tua pietate confidimus. cōtra aduersa oīa. tua semꝑ protectiōe muniamur. Per. S'c'da or'o de s'ācto de quo est eccl'ia illa. tertia or'o de oībus s'c'tis. or'o. Concede q̄s oīps deus.

Lectio epistole beati iacobi apostoli. v.

C Arissimi. Cōfitemini alterutrū pctā v'r'a: ⁊ orate ꝓ inuicē vt saluemini. Multū eni valet: deprecatio iusti assidua. Helyas hō erat similis no-

bis passibilis: et orone orauit vt nō plu
eret sup terrā. Et nō pluit annis tres: &
menses sex. Et rursum orauit: et celū de
dit pluuiā. et terra dedit fructū suū. Si
quis aūt ex vobis errauerit a veritate.
et cōuerterit q̄s eū: scire debet qm̄ q̄ con
uerti fecerit peccatorē ab errore vie sue.
saluabit aiam eius a morte. Et operit:
multitudinē pctōꝝ. Alla. V. Confitemi
ni dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in seculū mia ei⁹.
Secundum lucam. xi.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis
suis. Quis vestrū habebit amicū
et ibit ad illū media nocte. & dicet illi. a-
mice cōmoda michi tres panes. quoni-
am amicus meus venit de via ad me. &
non habeo qđ ponā ante illū. et ille dein
tus respondēs dicat. noli michi molest⁹
esse. iam ostiū clausū est. & pueri mei me
cum sunt in cubili. non possum surgere
& dare tibi? Et ille si perseuerauerit pul
sans: dico vobis. & si nō dabit illi surgēs
eo qđ amicus eius sit ꝓpter improbita-
tē/tn̄ eius surget. & dabit illi quotquot
habet necessarios. Et ego vobis dico. Pe
tite: & dabit̄ vobis. Querite: & inuenietis
Pulsate & aperiet̄ vobis. Oīs ei q̄ petit
accipit: & q̄ querit inuenit. & pulsanti ape
rietur. Quis aūt ex vobis patrem petit
panem. nunq̄d lapidē dabit illi? Aut pi
scē: nunq̄d ꝓ pisce serpentem dabit illi?
Aut si petierit ouū: nūquid porriget illi
scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali. no
stis bona data dare filijs vestris: quāto
magis pater vester de celo dabit spiritū
bonū: petētib⁹ se. Offm̄. Confitebor dn̄o
nimis in ore meo et in medio multorū
laudabo eum qui astitit ad dexterā pau
peris vt saluam faceret a persequenti-
bus animam meam alla. Hic fiat ser-
mo ad populum si placuerit. Secreta

HEc munera dn̄e q̄s. et vincula no
stre prauitatis absoluāt: et tue no
bis misericordie dona concilient. Per d̄
Cōio. Petite et accipietis/querite et in-
uenietis/pulsate & aperiet̄ vobis: omnis
enī qui petit accipit/et q̄ querit inuenit:
pulsanti aperietur alleluya. Postcōio.

UOta nr̄a q̄s dn̄e pio fauore ꝓse
q̄re: vt dū dona tua i tribulatio
ne ꝑcepimus. de consolatiōe nr̄a in tuo
amore crescam⁹. Per dn̄m. ¶ Feria. iij.
h̄r missa de sctā maria: nisi aliqđ festum
cū regīe chori in eadē ↄtigerit. Et missa
Sal⁹ ppli. h̄r in processiōe vbi fit statio
Et in vigilia ascensionis h̄r missa de pa
ce in processione. Tamen si festum alicu
ius sancti cū regimine chori in secunda
feria contigerit: tūc h̄r missa dn̄icalis in
tertia feria vel in vigilia ascēn. in proces
sione vbi fit statio. Similiter quādo fe
stū cū regimine chori i vigilia ascēn. eue
nerit: tunc h̄r missa de vigilia in ꝓcessio
ne. Et semꝑ in his predictis tribus die-
bus h̄r magna missa in choro post sextā:
et post illam missam statim dicit̄ hora
nona/et tunc exeat processio. ¶ In vigi
lia ascensionis dn̄i. Ad missam. Officiū

OMnes gentes plaudite mani-
bus: iubilate in voce exultatio-
nis alla allā. ps. Subiecit po-
pulos nobis: & gētes sub pedib⁹ nr̄is Or

PResta q̄s oīps p̄r: vt nr̄e mētis in
tentio. quo vnigenit⁹ filius tu⁹
dn̄s noster hodierne solēnitatis. glorios⁹
auctor ingressus est semper intendat/ et
quo fide ꝑgit cōuersatiōe ꝑueniat. Per
eundē. Memoria de sctā maria et de oi
bus sc̄tis. Lectio actuū apostoloꝝ. iiij.

IN dieb⁹ illis. Multitudinis aūt
credentiū: erat cor vnū & aia vna.
Nec quisq̄ eorū q̄ possidebat aliq̄d suū
esse dicebat: sed erant illis oīa cōmunia.
Et virtute magna reddebant apostoli
testimoniū resurrectiōis iesu xp̄i dn̄i no
stri: et gratia magna erat i oībus illis.
Neq̄ enī quisq̄ egens erat: inter illos.
Quotquot enim possessores agrorū aut
domoꝝ erāt vēdentes: afferebāt p̄cia
eoꝝ q̄ vendebāt. et ponebāt ante pedes
apostoloꝝ. Diuidebat̄ aūt singlis: put
cuiq̄ opus erat. Alla. V⁹. Oīs gentes

plaudite manib9: iubilate deo i voce ex
ultatiõis. Secundum iohannem. xvij.
IN illo tp̃e. Subleuatis iesus ocu
lis in celũ: dixit. Pater: venit ho-
ra: clarifica filiũ tuũ. vt & filius tu9 cla
rificet te. Sicut dedisti ei potestatez oīs
carnis: vt oẽ qđ dedisti ei. det eis vitaz
eternã. Hec est enĩ vita eterna: vt cogno
scant te solũ verũ deũ: & quẽ misisti iesũ
xp̃m. Ego te clarificaui sup terrã: opus
ꝯsummaui. qđ dedisti michi vt faciam.
Et nunc clarifica me tu pater apud te-
metip̃z: claritate quã habui priusq̃ mũ
dus esset apud te. Manifestaui nomen
tuũ hoibus: quos dedisti michi de mun
do. Tui erant. & michi eos dedisti: & ser
monẽ tuũ seruauerunt. Nunc cognoue-
rũt qz oĩa q̃ dedisti michi abs te sunt: qz
verba q̃ dedisti michi. dedi eis. Et ipsi ac
ceperunt: et cognouerũt vere. qz a te exiui
et crediderũt. qz tu me misisti. Ego pro
eis rogo. Nõ p mundo rogo: sed p his
quos dedisti michi. qz tui sunt. Et mea
oĩa tua sunt: & tua mea sunt. & clarifica
tus sum in eis. Et iam nõ sum in mun
do: & hi in mũdo sunt: & ego ad te venio.
Offr. Viri galilei quid admiramini as
picientes in celum. hic iesus qui assũpt9
est a vobis in celum. sic veniet quemad
modum vidistis eum ascendentem in
celum alleluya. Secreta.
SAcrificium dñe p filij tui suppli
ces: venerabili quã preuenimus
nunc ascẽsione deferimus presta q̃s: vt
et nos p ip̃m his sacrosãctis cõmercijs
ad celestia consurgamus. Qui tecum.
Prefatio quotiđ. Cõio. Pater cũ essem
cum eis ego seruabam eos quos dedisti
michi alla: nũc aũt ad te venio nõ rogo
vt tollas eos de mundo: sz vt serues eos
a malo alleluya alleluya. Postcõio.
TRibue q̃s dñe: vt p hec sacramẽ
ta q̃ sũpsim9. illuc tẽdat nr̃e de-
uotionis affectus. quo tecum est nostra
substãtia. iesus xp̃s dñs noster. Qui te.
¶ In die ascẽsionis domini. Officium.

VIri galilei: qđ admirami-
ni aspicientes in celũ alla:
queadmodũ vidistis eum
ascendentem in celũ / ita veniet alla alla
alleluya. Ps. Cũq3 intuerentur in celũ
euntẽ illũ: ecce duo viri astiterunt iuxta
illos i vestib9 albis q̃ et dixerunt. Ora.
COncede q̃s oĩps de9: vt q̃ hodier-
na die vnigenitũ tuũ redẽptorẽ
nostrũ. ad celos ascendisse credimus ipsi
quoq3 mente in celestibus habitemus.
Per eundẽ. Lectio actuũ apostolorũ. i.
PRimũ q̃dẽ sermonẽ feci de oĩbus
o theophile q̃ cepit iesus facere et
docere: vsq3 in diẽ qua precipiẽs ap̃lis p
sp̃m sctm̃. quos elegit assumpt9 est. Qui
bus & prebuit seip̃m viuũ post passionẽ
suã i multis argumẽtis p dies quadra-
gita apparẽs eis: et loquẽs de regno dei
Et cõuescẽs p̃cepit eis. ab hierosolymis
ne discederẽt: sed expectarẽt pmissionem
pr̃is. quã audistis inquit p os meũ. Qz
iohãnes q̃dẽ baptizauit aqua: vos autẽ
baptizabimini sp̃u sctõ. nõ post multos
hos dies. Igitur qui cõuenerant: inter-
rogabant eũ dicentes. Dñe: si in tẽpore
hoc restitues regnum israel? Dixit aũt
eis. Non est vestrũ nosse tẽpora vel mo-
mẽta que pater posuit in sua potestate:
sed accipietis virtutẽ supueniẽtis sp̃us
scti in vos. et eritis michi testes in hieru
salẽ. et i oĩ iudea. et samaria. & vsq3 ad vl
timũ terre. Et cũ hec dixisset: videntib9
illis eleuatus est. & nubes suscepit eũ ab
oculis eorũ. Cũq3 intuerent̃ in celũ euntẽ
illũ: ecce duo viri astiterũt iuxta illos i
vestibus albis. q̃ & dixerũt. Viri galilei:
q̃d statis aspiciẽtes i celũ? Hic iesus q̃ as
sũptus est a vobis in celũ: sic veniet quẽ
admodũ vidistis eũ: euntẽ in celũ. Alla
V. Ascẽdit de9 i iubilatiõe: & dñs in voce
tube. Hac die & i oct. etiã si duplex fistũ
ibidẽ celebret̃ dr̃ Alla. V. Ascẽdẽs xp̃s in
altũ / captiuã duxit captiuitatẽ: dedit
dona hoib9. quot p oct nisi i do. & i octa.
die. siue fiat serui. de ascẽ. siue de aliquo

festo cū regimine chori: nisi i festo philip pi ꝛ iacobi: ꝛ i īuētōe scē crucis erit scdꝫ Alla. ℣. Dñs i syna i scō ascēdēs i altū captiuam duxit captiuitatē. Sequētia

Rex oīps: die hodierna. Mūdo triumphali: redempto potētia. Uictor ascēdit celos: vnde descēderat. Nā quadraginta postq̄ surrexerat. Diebus sacris: ↄfirmans pectora. Apostoloꝝ pacis cara: relinquēs oscula. Quib⁹ ꝛ dedit potestatē: laxādi crimina. Et misit eos i mūdū: baptizare cūctas aīas. In pr̄is et filij: ꝛ spūs scti clemētia. Et ↄuescēs: ꝑcepit eis ab hierosolymis. Nē abirēt: sed expectarēt promissa munera. Non post multos eni dies: mittā vobis spm̄ paraclytum in terra. Et eritis michi testes: in hierusalem iudea siue samaria. Et cū hoc dixisset: videtibus illis eleuatus ēst et nubes clarā. Suscepit eū ab eorū oculis: intuentibus illis ethera. Ecce stetere amicti: duo viri in veste alba. Iuxta dicentes: quid admiramini celorum alta? Jesus eni hic: qui assumptus est a vobis: ad patris dexterā. Ut ascendit ita veniet: querens taleriti cōmissi lucra. O deus celū mare arua: hoiem quē creasti: quem fraude subdola. Hostis expulit paradyso: et captiuatū secū traxit ad tartara. Sāguine proprio: quē redemisti deus. Illuc ꝛ prouehis: vnde prius corruit paradysi gaudia. Iudex cū veneris: iudicare secula. Da nobis petim⁹ sempiterna gaudia: in sanctorū patriā. In qua tibi cātemus: omnes alleluya.

Secundum marcum. xvi.

In illo tpe. Recūbētibus vndecim discipulis: apparuit illis iesus. et exprobrauit incredulitatē eoꝝ et duriciam cordis. qꝛ his q̄ viderant eū resurrexisse a mortuis. nō crediderūt. Et dixit eis. Euntes in mūdū vniuersum: predicate euangeliū oīni creature. Qui crediderit et baptizat⁹ fuerit: salu⁹ erit. Qui vero non crediderit: condēnabitur. Signa aūt eos qui crediderint: hec sequentur. In noīe meo demonia eijciēt: linguis loquētur nouis. serpentes tollent. Et si mortiferū q̄d biberint: non eis nocebit: Sup egros manus imponent: et bene habebunt. Et dñs q̄dē iesus postq̄ locutus est eis. assūptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi aūt ꝓfecti predicauerunt vbiq̄: dño cooperante. et sermonē confirmante: sequentibus signis. Offꝛ. Ascendit deus in iubilatione: et dñs in voce tube alleluya. Secreta.

Suscipe dñe munera q̄ ꝓ filij tui gloriosa ascēsione deferim⁹. ꝛ cōcede ꝓpicius: vt a presentibus ꝑiculis liberemur. et ad vitā ꝑueniam⁹ eternā. Per eūdē. Prefatio. Qui post resurrectionem. et Cōmunicātes. Et dicit ꝑ totas octa. ꝛ etiā in dñica quando de ascensione agit. Cōio. Psallite dño q̄ ascēdit super celos celoꝝ ad orientē alla. Postcō.

Presta nobis q̄s oīps ꝛ misericors deus: vt q̄ visibilibus mysterijs sumenda ꝑcepimus. inuisibili cōsequamur effectu. Per. Per totas octa. dꝛ eadem missa: nisi festū cū regimine chori itercurrat: ꝛ nisi i dñica: sꝫ sine seq̄ntia. Credo. ¶ Dominica infra octa. ascensionis. Ad missam. Officium.

Exaudi dñe vocē meam qua clamaui ad te alla. tibi dixit cor meū. q̄siui vultū tuum: vultū tuū dñe req̄rā. ne auertas faciē tuā a me alla alla. ps. Dñs illuiatio mea: et salus mea quē timebo. Deinde dꝛ Kyrie. de. iiij. die infra oc. cū regie chi: sꝫ i vi. fer vl' i sabbō ꝑcedēs aliqd fes. cū regie chi celebratū fuerit or.

Omnipotens sempiterne deus fac nos tibi semꝑ et deuotā gerere voluntatē: ꝛ maiestati tue sincero corde seruire. Per dñm. Memoria fiat de ascensione. Lectio epistole beati petri apostoli. iiij.

Carissimi. Estote prudētes: ꝛ vigilate i orōnib⁹. Ante oīa aūt mutuā in vobismetipsis caritatē ↄtinuā habētes: quia caritas operit multitudinē

petoꝝ. Hospitales iuicē: sine murmura
tiōe. Unusq̄sq; sicut accepit gratiā in al
terutrū. illā administrantes: sicut boni
dispensatores multiformis grē dei. Si
q̄s loquit᷑: quasi sermōes dei. Si q̄s mi
nistrat: tanq̄ ex virtute. quā administrat
deus. vt i oībus honorificet᷑ deus. Per
iesū xp̄m/ dñm nr̄m. Alla. ℣. Regnabit
dñs super omnes gentes: deus sedet su
per sedem sanctā suā. Alla. ℣. Non vos
relinquam orphanos: vado et venio ad
vos: et gaudebit cor vestrum. Nulla dr̄
sequentia. Scdm iohānem. xv. ⁊. xvi.
IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis
suis. Cū venerit paraclyt⁹ quem
ego mittā vobis a patre spiritū verita
tis q̄ a patre ꝓcedit: ille testimoniū ꝑhi
bebit de me. Et vos testimonium ꝑhibe
bitis: q2 ab initio mecū estis. Hec locut⁹
sum vobis: vt nō scandalizemini. Absq;
synagogis faciēt vos. Sed venit hora:
vt oīs q̄ interficit vos/ arbitret᷑ obsequi
um se prestare deo. Et hec faciēt vobis:
q2 nō nouerūt patrē neq; me. Sed hec
locutus sū vobis: vt cū venerit hora eō
rū reminiscamini: quia ego dixi vobis
Offr̄. Lauda anima mea dominū: lau
dabo dominum in vita mea/ psallā deo
meo q̄diu ero alleluya. Secreta.
PResta q̄s oīps de⁹. vt hāc tibi ho
stiā in eius corp⁹ ⁊ sanguinē pla
cabiliter offeramus. quē sedētem a dex
tris virtutis tue: et ꝓ nobis iterpellare
cōfidimus: dñm nr̄m iesum xp̄m filiū
tuū. Qui tecū. Cōio. Pater cum essem
cū eis: ego seruabā eos quos dedisti mi
chi alla: nunc autē ad te venio: nō rogo
vt tollas eos de mundo: s3 vt serues eos
a malo alleluya alleluya. Postcōio.
PResta q̄s oīps deus: vt per hec
sacrosancta cōmercia i totius ec
clesie confidamus corpore faciendū. qđ
eius precessit in capite. Per eundē. Si
aliqđ festū cū regimie chori i hac dñica
euenerit: totum seruitiū fiat de festo: et
missa de dñica in cap̄lo dr̄ cū cantu sup
kyrie. Glia in excelsis. Sctūs. ⁊ Agn⁹
sicut i festo triū lect. sine regimine chori:
cū vno Alleluya. ℣. Regnabit. Et tunc
ad missam de festo erit scdm Alleluya.
℣. Nō vos relinquā. nisi i festo scte cru
cis. Et etiam erit secundum Alleluya.
in crastino octa. ascēsionis: licet de sācta
maria fiat plenū seruitiū. In oct. ascen
sionis dñi ad missā oīa fiant sicut in die
more simplicis festi sine sequētia ⁊ Cre
do. Feria sexta totū fiat seruitiū de sctā
maria: si a festo cū regimie chori vacaue
rit. ¶ In vigilia pēthecostes accedat sa
cerdos ad altare cum diacono ⁊ subdia
cono et ceteris ministris altaris in sole
ni apparatu sicut in vigilia pasche: con
fessione iā nō dicta: sed tantū Pater no
ster. et legant᷑ lectiones a dignioribus ꝑ
sonis in supplicijs ad gradū chori si
ne titulis. Lectio prima. Genesis. xxii.
TEmptauit deus abrahā: ⁊ dixit
ad eū. Abrahā abrahā. At ille re
spondit. Assum. Ait illi. Tolle filiū tuū
vnigenitū quē diligis isaac: ⁊ vade i ter
rā visionis. atq; offeres eū ibi in olocau
stū sup vnū montiū. quē mōstrauero ti
bi. Igitur abrahā de nocte consurgens:
strauit asinū suū. ducēs secū duos iuue
nes ⁊ isaac filiū suū. Cūq; conscidisset li
gna i olocaustum: abijt ad locū quē ꝓce
perat ei de⁹. Die aūt tertia: eleuatis ocu
lis vidit locū ꝓcul. dixitq; ad pueros su
os. Expectate hic cū asino. ego et puer il
luc usq; ꝓperantes: postq̄ adorauerim⁹
reuertemur ad vos. Tulit quoq; ligna
olocausti. et iposuit sup isaac filiū suū:
ipse vero portabat in manib⁹ suis ignē
et gladiū. Cūq; duo pgerēt simul: dixit
isaac patri suo. Pater mi. At ille r̄ndit.
Quid vis fili? Ecce inq̄t ignis ⁊ ligna:
vbi est victima olocausti? Dixitq; abra
hā. Deus ꝓuidebit sibi victimā olocau
sti fili mi. Pergebant ergo pariter: bene
rūtq; ad locū quē ostēderat ei deus. In
quo edificauit altare: et desup ligna cō
posuit. Cūq; colligasset isaac filiū suum

posuit eũ in altari sup struẽ lignoꝝ. Ex
tẽditqꝫ manũ ꝛ arripuit gladiũ: vt im
molaret filiũ suũ. Ecce angel⁹ dñi de ce
lo clamauit dicẽs. Abrahã abrahã. Qui
rñdit. Assum. Dixitqꝫ ei. Ne extendas
manũ tuã sup puerũ: neqꝫ facias illi q̃c
q̃. Nũc cognoui qȝ timeas deũ: ꝛ nõ pe
percisti filio tuo vnigenito ꝑpter me. Le
uauit abrahã oculos suos: viditqꝫ post
tergũ arietẽ inter vepres herẽtem cornι
bus. Quẽ assumẽs obtulit olocaustum
ꝓ filio: appellauitqꝫ nomẽ loci illi⁹ do
minus videt. Unde vsqꝫ hodie dicit: in
mõte dñs videbit. Uocauit aũt angel⁹
dñi abraham secũdo de celo: dicẽs. Per
memetipm iuraui dicit dñs: qꝛ fecisti rẽ
hãc. et non pepercisti filio tuo vnigenito
propter me. benedicã tibi et multiplica
bo semẽ tuũ sicut stellas celi. ꝛ velut are
nã q̃ est i littore maris. Possidebit semẽ
tuũ portas inimicoꝝ suoꝝ: ꝛ benedicẽt
in semine tuo oẽs gentes terre. qꝛ obedi
sti voci mee. Reuers⁹ est abrahã ad pue
ros suos: abieruntqꝫ bersabee simul: et
habitauit ibi. Sequat oro sine Dñs vo
biscum. sed tm̃ cũ Oremus. Oratio.

DEus q̃ i abrahe famuli tui ope
humano generi obedientie exẽ
pla prebuisti: cõcede nobis ꝛ nr̃e volũta
tis prauitatem frãgere. et tuoꝝ ꝓcepto
rũ rectitudinẽ in oĩbus adimplere. Per
dñm. Lc̃o. ij. Scripsit moyses cãticũ. et
Tr. Attẽde celũ. reqre s̃ i vigilia pasche
Oẽs tr. a choro dñr alternati ꝑter vlti
mũ: ꝛ oẽs orões sine Dñs vobiscũ. ꝑter
vltimã dñr: sed tm̃ cũ Oremus. Oratio

DEus q̃ es glorificatio fideliũ. et
vita iustoꝝ. q̃ p moysen famulũ
tuũ nos quoqꝫ modulatiõe sacri carmi
nis erudisti. vniuersis gẽtibus mie tue
munus operare. tribuẽdo beatitudinẽ.
auferẽdo terrorẽ: vt qȝ prenunciatũ est
ad suppliciũ. in remediũ trãsferat eter
nũ. Per dñm. Lc̃o. iij. Apprehendẽt se
ptem mu. quere supra i vigilia pasche.
et etiam tr. Uinea facta. Oratio.

DEus q̃ nos ad celebrandam hãc
presẽtẽ festiuitatem. vtriusqꝫ te
stamenti paginis instruis. da nobis in
telligere mias tuas: vt ex perceptione pre
sentiũ munerũ firma sit expectatio futu
rorum. Per dominum. Baruch. iij.

AUdi israel mãdata vite: aurib⁹
percipe vt scias prudentiã. Quid
est israel q̃ in terra inimicoꝝ es? Inue
terasti in terra aliena: coinquinatus ẽs
cũ mortuis. Deputatus es cũ his qui i
inferno sunt: dereliquisti fontẽ sapiẽtie
Nã si in via dei ambulasses: habitasses
vtiqꝫ i pace sup terrã. Disce vbi sit sapiẽ
tia. vbi sit virtus: vbi sit prudentia. vbi
sit intellectus. vt scias simul. vbi sit lon
giturnitas vite ꝛ victus. vbi sit lumen
oculoꝝ ꝛ pax. Quis inuenit locũ eius. ꝛ
q̃s introiuit in thesauros eius? Ubi sũt
principes gentiũ. et q̃ dominant sup be
stias q̃ sunt in terra? Qui in auibus ce
li ludũt. qui argentũ thesaurizãt: et au
rũ in quo cõfidunt hoĩes. et nõ est finis
possessionis eoꝝ. Qui argentum fabri
cant. et solliciti sunt: nec est inuẽtio ope
rũ illoꝝ. Et tamẽ exterminati sũt: et ad
inferos descẽderunt. ꝛ alii in locum illo
rũ surrexerũt. Iuuenes viderunt lumẽ:
et habitauerũt sup terrã. Uiã autẽ disci
pline nescierũt. neqꝫ intellexerunt semi
tas eius: neqꝫ susceperũt eã filii eorũ. A
facie eoꝝ: longe facta est. Nõ est audita
in terra chanaã: neqꝫ visa est in themã.
Filii quoqꝫ agar q̃ exquisierunt pruden
tiam q̃ de terra est: negociatores terre et
theman. ꝛ fabulatores. ꝛ exq̃sitores pru
dentie et intelligẽtie. Uiã autẽ sapientie
nescierũt: neqꝫ meminerũt semitarum
eius. O israel. q̃ magna est domus dei:
ꝛ ingẽs locus possessionis ei⁹. Magn⁹:
et nõ habet cõsummationẽ. Excelsus et
immẽsus. Ibi fuerũt gigantes noiati.
illi q̃ ab initio fuerũt statura magna: sci
entes bellũ. Nõ hos elegit dñs. neqꝫ viã
discipline inuenerũt: ꝓpterea perierũt.
Et q̃ñ nõ habuerũt sapiẽtiam: interie

runt ꝓpter suā insipientiā. Quis ascendit in celū. ⁊ accepit eā. ⁊ eduxit eā de nubibus? Quis trāsfretauit mare. ⁊ inuenit eā. ⁊ attulit eā sup aurū electū? Nō est q̇ sciat viam eius: neq̄ q̇ excogitet semitas eius. Sed q̇ scit vniuersa nouit illā: ⁊ adinuenit illā prudētia sua. Qui ꝑfecit terrā i sempiterno tēpore: et adimpleuit eā pecudibus. et quadrupedibus Qui emittit lucē. ⁊ vadit et vocauit eā: ⁊ obedit illi in tremore. Stelle aūt dederūt lumē in custodijs suis: et letate sūt. Vocate sunt: et dixerūt. Ecce assumus. Et luxerūt ei cū iocūditate: q̇ fecit illas. Hic est deus noster: et nō estimabit̄ aliꝰ ad illū. Hic adinuenit omnē viā disciplíne, et dedit illā iacob puero suo: et israel dilecto suo. Post hec sup terrā visus est: et cum hoibus cōuersatus est. Oratio.

DEus q̇ nobis p ꝓphetar̄ ora precepisti tēporalia relinquere. atq̄ ad eterna festinare. da famulis tuis: vt q̄ a te iussa cognouimꝰ. iplere celesti inspiratione valeamus. Per. Tractus.

SIcut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat aīa mea ad te deꝰ. ℣. Sitiuit anima mea ad deū viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerūt michi lachryme mee panes die ac nocte dū dicit̄ michi per singulos dies vbi est deꝰ tuus Deinde he due orōnes dicūtur sub vno Per dn̄m. ⁊ sub vno Oremus. Oratio

COncede q̄s oṗs deꝰ: vt q̇ solēnitate doni scti spūs colimꝰ. celestibꝰ desiderijs accēsi. fōtē vite sitiamꝰ. dn̄m nostrū iesū christū filiū tuū. Alia oratio.

OMṗs sēpiterne deꝰ q̇ paschale sacramētū q̇nquaginta dier̄ voluisti mysterio ꝯtineri. ṗsta q̄s: vt gentiū facta dispsio diuisiōe linguar̄. ad vnā cōfessionē tui nois celesti munere ꝯgreget̄ Per d̄. Deīde sequāt̄ letanie ⁊ bn̄dictio fōtiū sicut i vigilia pasche eodem videl; mō ⁊ ordie ieūdo ⁊ redeūdo. ⁊ i statiōe: i redeūdo d̄; Rex sctōr̄. ⁊ postea icipiat̄

missa. Kyriel. et iterim dicat sacerdos. Cōfiteor. ac more solito. Sequat̄ Gloria in excelsis. Tūc oēs genuflectēt exuentes cappas nigras: et pulsent̄ oīs cū pane. deinde d̄; Dn̄s vobiscum. Oratio

PResta q̄s omṗs deꝰ: vt claritatis tue sup nos splēdor effulgeat. et lux tue lucis corda eor̄. q̇ p grām tuā renati sūt. scti spūs illustratione ꝯfirmet. p d̄. i vnita. eiusd̄. Lcō actuū apl̄or̄. xix.

IN diebꝰ illis. Factū est cū apollo esset corinthi. ⁊ paulꝰ pagratis superioribꝰ partibꝰ veniret ephesū. ⁊ inueniret quosdā discipulos: dixitq̄ ad eos. Si spm̄ sctm̄ accepistis credētes? At illi dixerūt ad eū. S; neq̄ si spūs sctūs est audiuimꝰ. Ille vo ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt. In iohannis baptismate. Dixit aūt paulꝰ. Johānes baptizauit baptismo penitētie ṗplm̄. dicēs i eū q̇ venturꝰ esset post ipm̄ vt crederēt: hoc est i iesū. His auditis: baptizati sūt i noie dn̄i iesu. Et cū iposuisset illis manꝰ paulꝰ: venit spūs sctūs sup eos. ⁊ loq̄bant̄ liguis et ꝓphetabāt. Erāt aūt oēs viri: fere duodeci. Introgressꝰ aūt paulꝰ synagogā: cū fiducia loq̄bat̄ per tres menses. Disputās ⁊ suadens: de regno dei. Lecta epla duo clerici de secūda forma i cappis sericis i pulpito cātēt hoc Alla. Chorus idē ⁊ ꝓsequat̄. Clerici. ℣. Cōfitemini dn̄o q̄m bonꝰ: q̄m i scl̄; mia eiꝰ. Chorus finiat̄ cū neuma. Item clerici reincipiāt Allā. sine neuma. Deide sequat̄ tr̄. q̇ a duobus de scd̄a forma in cappis nigris ad gradū chori totꝰ et integer cātet̄ choro interi sedēte. Tractus

LAudate dn̄; oēs gētes: ⁊ collaudate eū omnes pepuli. ℣. Quoniam cōfirmata est super nos mia eiꝰ: et veritas domini manet ineternum. Interim vero ꝓcedat diaconꝰ cū subd̄. p mediū chori more solito sine cruce ad legēdū euāgeliū: quē precedāt duo ceroferarij cereis extictis ⁊ legat̄ in pulpito more dn̄icali euāgeliū. Scd̄; iohē;. xiiij

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis. Si diligitis me: mandata
mea seruate. Et ego rogabo patrē. et ali
um paraclytū dabit vobis. vt maneat
vobiscū in eternū: spiritū veritatis. quē
hic mūdus nō potest accipere. q2 non vi
det eū nec scit eū. Uos autē cognoscetis
eū: q2 apud vos manebit. & i vobis erit.
Non vos relinquā orphanos: veniā ad
vos. Adhuc modicū: & mūdus me iam
nō videt. Uos aūt videtis me: q2 ego vi
uo et vos viuetis. In illo die vos cogno
scetis. q2 ego sum in patre meo: & vos in
me. et ego in vobis. Qui habet mādata
mea et seruat ea: ille est qui diligit me.
Qui aūt diligit me: diligetur a patre meo
Et ego diligā eū: & manifestabo ei meip
sū. Nō d2 Credo. Offer. Emitte spū tuū
et creabūtur: & renouabis faciē t̄re sit glia
domini in secula alleluya. Secreta.

HOstias populi tui q̄s dn̄e misera
tus intēde: vt et tibi reddātur acce-
pte: cōscientias nostras sancti spūs salu
taris emūdet aduētus. Per dn̄m. in vni
tate eiusdem Prefatio quotid. Hac die
Sanctus. et Agnus. solēniter dicitur
Cōio. Ultimo festiuitatis die dicebat ie
sus: qui in me credit flumina de ventre
eius fluent aque viue: hoc autē dixit de
spiritu quem accepturi erant credētes
in eum alleluya alleluya. Postcōio.

PResta q̄s ops deus: vt spūs sctūs
aduenitens maiestatē nobis filij
tui manifestādo clarificet. Per eūdē. in
vnit. eiusd. ¶ In die pēthecostes Offm̄

SPiritus dn̄i repleuit orbē
terrarū alla: et hoc qd con
tinet oia scientiā habet vo
cis alla alla alla. p̄s. Exur-
gat deus et dissipentur inimici ei9: et fugi
ant q̄ oderūt eum a facie eius. Oratio.

DEus q̄ hodierna die corda fideli
um sancti spiritus illustratiōe
docuisti: da nobis i eodem spiritu recta
sapere. et de eius semp consolatione gau
dere. Per dominū. in vnitate eiusdem.

Lectio actuum apostolorum. ij.

IN dieb9 illis. Dum complerentur
dies penthecostes: erant oēs disci-
puli pariter in eodē loco. Et factus est re
pente de celo sonus. tanq̄ aduenientis
spūs vehementis: & repleuit totā domū
vbi erant sedētes. Et apparuerūt illis.
dispertite lingue tanq̄ ignis: seditq3 supra
singulos eorum. Et repleti sunt oēs spiri
tu sācto: & ceperunt loq̄ varijs linguis.
prout spūs sctūs dabat eloq̄ illis. Erant
aūt in hierusalē habitātes iudei viri re-
ligiosi: ex oi natiōe q̄ sub celo est. Facta
autē hac voce. cōuenit multitudo. et mē
te confusa est: qm̄ audiebat vnusquisq3
lingua sua illos loquētes. Stupebant
autē oēs: et mirabantur adinuicē dicen
tes. Nonne ecce oēs isti qui loquuntur
galilei sunt? Et quomodo nos audiui-
mus vnusquisq3 linguā nostram i qua
nati sumus? Parthi & medi. & elamite:
et qui habitant mesopotamiam. iudeā.
et capadociā/ponthū/et asyā. phrigiā. et
pāphiliā/egyptū/& partes libie. q̄ est cir
ca cyrenē. & aduene romani. Iudei quo
q3 et proseliti: cretes & arabes. Audiuim9
eos loquētes nostris liguis: magnalia
dei. Alla. V. Emitte spiritū tuū et crea-
būtur: et renouabis faciē terre. Alla. V.
Spiritus sanctus procedens a throno
apostolorum pectora inuisibili hodie per-
lustrauit potentia. Sequentia.

SAncti spiritus assit nobis gratia
Que corda nostra: sibi faciat ha
bitacula. Expulsis inde cunctis: vitijs
spiritalib9. Spūs alme: illustrator oīm
Horridas nr̄e mentis: purga tenebras.
Amator scte sensator: semp cogitatuū
Infunde vnctionē tuā. clemens nostris
sensibus. Tu purificator oīm: flagitio-
rū spūs. Purifica nostri oculum: interi
oris hois. Ut videri supremus genitor:
possit a nobis. Mundi cordis: quem soli
cernere possunt oculi. Prophetas tu in-
spirasti: vt preconia xp̄i precinuissent in-
clyta. Apostolos cōfortasti: vti tropheū

eis. Dicit dñs: omnipotens. Gr. Veni-
te filij audite me: timorem domini doce
bo vos. V. Accedite ad eum et illumina
mini: et facies vestre non confundẽtur.
Non repetatur grad. Hic dicitur Dñs
vobiscum. et Oremus. Oratio.

Presta qs dñe familie tue suppli-
cãti: vt dũ a cibis corporalibus se
abstinent. a vitijs quoqz mente ieiunent
Per dñm. Hic dicuntur memorie con-
suete. Lectio libri esdre. ii. viij.

In diebus illis. Congregatus est
oĩs populus. quasi vir vnus ad pla
team: que est ante portã aquarũ. Et di-
xerunt esdre scribe. vt afferret librum le
gis moysi: quã precepit dñs israeli. At-
tulit aũt esdras sacerdos librũ corã mul
titudine virorũ ac mulierũ: cũctisqz qui
poterãt intelligere. in die prima mẽsis
septimi. Et legit in eo aperte in platea q̃
erat ante portã aquarũ a mane vsqz ad
mediam diẽ: in conspectu virorũ ac mu
lierum et sapientiũ. Et aures omnis po
puli erant erecte ad librum. Stetit au
tem esdras scriba super gradũ ligneum
quem fecerat ad loquendũ: et steterunt
iuxta eum. Et aperuit esdras librum co
ram omni populo: super vniuersum qp
pe populum eminebat. Et cum aperuis
set eum: stetit omnis populus/ et bene-
dixit esdras dño deo voce magna. Et re
spondit omnis populus: amen. Eleuan
tes autẽ oẽs populi manus suas. incur
uati sunt: et adorauerũt deũ proni i ter
ram. Porro leuite silentiũ faciebant in
populo: ad audiendũ legẽ. Populus au
tẽ stabat in gradu suo. Et legerũt i libro
legis dei. distincte et aperte ad intelligẽ
dũ: et intellexerũt cũ legeret. Dixit aũt
neemias sacerdos et esdras scriba et leui
te interpretãtes vniuerso populo. Dies
sãctificatus est dño deo nostro: nolite lu
gere et nolite flere. Flebat enim oĩs po-
pulus cũ audiret verba legis. Et dixit
eis. Ite et comedite pinguia et bibite
mulsũ: et mittite partes eis q̃ nõ prepara
uerunt sibi. qr sãctus dies dñi est. et no-
lite cõtristari. Gaudiũ etenim dñi est: for
titudo vestra. Gr. Quis sicut dñs de9
noster qui in altis habitat: et humilia
respicit in celo et in terra. V. Suscitans
a terra inopẽ: et de stercore erigens pau
perem. Repetatur gradale.

Secundum marcum. ix.

In illo tpe. Respõdens vnus de tur
ba: dixit ad iesũ. Magister: attuli

filium meum ad te, habētem spiritum
mutum:qui vbicunq eum apprehende
rit allidit eum et spumat.et stridet den
tibus et arescit. Et dixi discipulis tuis:
vt eijcerent illum et non potuerūt. Qui
respōdens eis:dixit. O generatio incre-
dula:ꝙdiu apud vos ero. ꝙdiu vos pa
tiar? Afferte illum ad me. Et attulerūt
eum. Et cum vidisset eum:statim spiri
tus conturbauit eum. Et elisus in ter-
ram:volutabatur spumans. Et inter-
rogauit iesus patrem eius. Quantum
tempoꝛis est ex quo hoc ei accidit? At il
le ait. Ab infantia. Et frequenter eum i
ignē ⁊ i aquam misit: vt eum perderet
Sed si quid potes adiuua nos:miserꝰ
nostri. Jesus autem: ait illi. Si potes
credere:omnia possibilia sunt credenti.
Et continuo exclamās pater pueri: cū
lachrymis aiebat. Credo domine:adiu-
ua incredulitatem meam. Et cum vide
ret iesus concurrentem turbam:commi
natus est spiritui immundo dicēs illi.
Surde et mute spiritꝰ.ego tibi precipio
exi ab eo:et amplius ne introeas in eū.
Et clamans. et multum discerpens eū:
exijt ab eo. Et factus est sicut moꝛtuus:
ita vt multi dicerent quia moꝛtuus est.
Jesus autem tenens manum eiꝰ eleua
uit eum:et surrexit. Et cum introisset i
domum: discipuli eius secreto interro-
gabant eum. Quare nos non potuimꝰ
eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in
nullo potest exire:nisi in oꝛatione ⁊ ieiu
nio. Offꝫ. Meditaboꝛ in mandatis tu-
is que dilexi valde:et leuabo manꝰ me-
as ad mādata tua ꝙ dilexi. Secreta.

Deus ꝙ de his terre fructibꝰ tua
sacramēta constare voluisti. pre
sta ꝙs:vt per hec opem nobis et presētis
vite conferas et eterne. Per dominum.
Cōio. Comedite pinguia et bibite mul
sum ⁊ mittite partes eis qui non prepa
rauerunt sibi:sanctus enim dies dn̄i est
nolite contristari:gaudium etenim do-
mini est foꝛtitudo vestra. Postcōio.

Sumentes dn̄e dona celestia sup
plicitre deprecamur: vt ꝙ sedula
seruitute donāte te gerimus.dignis sē-
sibus tuo munere capiamus. Per dn̄m

¶ Feria.vi.quattuoꝛ tpm. Officium.

Letetur coꝛ querētium dn̄m ⁊
querite dn̄m et confirmami-
ni:querite faciem eiꝰ semper.
ps. Cōfitemini domino ⁊ in
uocate nomen eius: annunciate inter
gentes opera eius. Oꝛatio.

Presta quesumus omnipotēs de-
us: vt obseruationes sacras an-
nua deuotione recolentes. et coꝛpoꝛe ti-
bi placeamus ⁊ mente. Per dominum

Lectio osee prophete. xiiij.

Hec dicit dn̄s. Cōuertere israel ad
dn̄m deum tuum: qꝛ coꝛruisti in
iniquitate tua. Tollite vobiscum verba.
et conuertimini ad dominū:⁊ dicite ei.
Omnem aufer iniquitatem et accipe bo
num:et reddemꝰ vitulos labioꝛum no
stroꝛum. Assur non saluabit nos. Sup
equum non ascendemus: nec dicemus
vltra dij nostri opera manuum nostra
rum. quia eius qui in te est misereberis
populi. Sanabo cōtritiōes eoꝝ:diligā
eos spōtanee. qꝛ auersus est furoꝛ meus
ab eis. Ero quasi ros:et israel germina
bit quasi liliū. Et erūpet radix eiꝰ:vt li-
bani ibūt rami eius. Et erit quasi oliua
gloꝛia eius:⁊ odoꝛ eiꝰ vt libani. Cōuer-
tent sedētes in vmbꝛa eius:viuent triti
co.et germinabūt quasi vinea. Memo-
riale eius:sicut vinū libani. Ego exau-
diam ⁊ dirigā eū:ego vt abietē virentē
ex me fructus tuus inuentus est. Quis
sapiēs ⁊ intelliget ista.intelligēs et sciet
hec? Quia recte vie dn̄i:et iusti ambula
bunt in eis. Grꝫ Conuertere dn̄e aliquā
tulum:⁊ deprecare super seruos tuos ꝟ
Domine refugium factus es nobis : a
generatione et pꝛogenie. Repetatur grꝫ
Secundum lucam. vij.

In illo tpe. Rogabat iesum quidā
phariseus:vt manducaret cū illo.

Et ingressus domũ pharisei: discubuit. Et ecce mulier que erat i ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ iesus accubuit in domo pharisei. attulit alabastrũ vnguẽti. Et stans retro secus pedes dñi. lachrymis cepit rigare pedes eiꝰ. et capillis capitis sui tergebat: ⁊ osculabat pedes eiꝰ ⁊ vnguẽto vngebat. Videns aũt phariseus q̃ vocauerat eũ: ait intra se dicens. Hic si esset ꝓpheta: sciret vtiq; q̃ et qualis est mulier q̃ tangit eum q2 peccatrix est. Et rñdens iesus: dixit ad illum. Symon: habeo tibi aliq̃d dicere. At ille ait. Magister dic. Et rñdit ei iesus. Duo debitoꝛes erant cuidam feneratoꝛi: vnus debebat denarios quingentos. et alius quinquaguinta. Non habentibus illis vnde redderent: donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Respondens autem symon: dixit. Estimo: quia his cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierẽ: dixit symoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domũ tuã: aquã pedibꝰ meis non dedisti. Hec autẽ lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculũ michi non dedisti: hec autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autẽ minus dimittit: minꝰ diligit. Dixit aũt ad illam dñs. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt qui simul discumbebant: dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluã fecit: vade i pace. Offr. Benedic anima mea domino et noli obliuisci omnes retributiones eius: et renouabitur sicut aquille iuuentus tua. Secreta.

ACcepta tibi sint dñe quesumus nostri dona ieiunij: que et expiãdo nos tua gratia dignos efficiãt. et ad sempiterna ꝓmissa ꝑducant. Per dñm.

Cõio. Aufer a me opprobriũ et ꝯtẽptũ/ q2 mandata tua exquisiui dñe: nã ⁊ testimonia tua meditatio mea est. Pꝰcõio.

QVesumus oñs deꝰ: vt de ꝑceptis muneribus gratias exhibentes. beneficia potioꝛa sumamus. Per dñm.

¶ Sabbato quattuoꝛ tempoꝛ. Offm.

VEnite adoꝛemꝰ deum et ꝓcidamus ante dñm: ploꝛemus ante eũ qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster. Ps. Venite exultemus domino: iubilemus deo saluatari nostro. Omnes oꝛationes preter vltimã dicunt sine Dñs vobiscũ sed tantum cum Oꝛemus. Oꝛatio.

OMnipotẽs sempiterne deus qui per continentiam salutarẽ et coꝛpoꝛibus mederis et mentibus maiestatem tuam suppliciter exoꝛamus: vt pia ieiunantium depꝛecatione placatus. et pꝛesentia nobis subsidia pꝛebeas ⁊ futura. Per. Omnes lectiões cum suis titulis legantur. Discurrant lect. et gr. hic inde vꝫ in quattuoꝛ tempoꝛibus aduẽtus domini. Lectio libꝛi leuitici. xxiij.

IN diebus illis. Locutꝰ est dñs ad moysen dicẽs. Decimo die mẽsis huius septimi: dies expiationum erit celeberrimus. et vocabitur sanctus. Affligetisq; animas vestras i eo: et offeretis olocaustum domino. Omne opus seruile non facietis in tempoꝛe diei huius: q2 dies pꝛopiciatiõis est. vt pꝛopicietur vobis dominus deus vester. Omnis anima que afflicta non fuerit die hoc: peribit de populis suis. Et que operis. quippiam fecerit: delebo eam de populo suo. Nichil ergo opis facietis in eo. Legittimum sempiternum erit vobis i cũctis generatiõibus et habitationibꝰ vestris Sabbatum requietionis est: affligetisq; animas vestras. Die nono mensis a vespere vsq; ad vesperum: celebꝛabitis sabbata vestra. Dicit dominus: omnipotens. Grad. Pꝛopicius esto domine peccatis nostris: nequando dicant gen-

tes vbi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorē nominis tui domine libera nos. Non repetatur grad. Oratio.

Da nobis quesumus omnipotēs deus: vt ieiunādo tua gratia saciemur. et abstinendo cūctis efficiamur hostibus fortiores. Per dominum nr̄m.

Lectio libri leuitici. xxiij.

In diebus illis. Locutus est dominus ad moysen dicēs. Quintodecimo die mensis septimi. quando cōgregaueritis omnes fructus terre vestre: celebrabitis ferias domini septem dieb9. Die primo et die octauo. erit sabbatum: id est requies. Sumetisqꝫ vobis die primo fructus arboris pulcherrime: spatulasqꝫ palmarum. et ramos ligni densarum frondium. et salices de torrente/et letabimini coram domino deo vestro. celebrabitisqꝫ solennitatem ei9 septem diebus per annum. Legittimum sempiternum erit vobis: in generationibus vr̄is Mense septimo festa celebrabitis: et habitabitis in vmbraculis septem diebus Omnis qui de genere israel est. manebit in tabernaculis: vt discāt posteri vestri q in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cum educerē eos de terra egypti. Ego dominus: deus vester. Gr. Protector noster aspice deus: et respice super seruos tuos. ℣. Dn̄e deus virtutum et audi preces seruorum tuorum. Oratio

Da q̄s dn̄e fidelib9 tuis beneficijs gratulari suppliciter implorātis: et qui ieiunijs te venerant̄ exhibitis bonorum tuorum copijs impleant̄. Per dn̄m.

Lectio michee prophete. vij.

Domine de9 nr̄ pasce populū tuū in virga tua: gregē hereditatis tue. habitātē in terra i salutē. iuxta dies antiquos. Uidebūt gētes. et confundētur: sup oī fortitudie sua. Quis q̄s deus similis tui. q̄ aufers iniq̄tatē. et trāsfers peccatū reliquiarū hereditatis tue. Nō immittet vltra furorē suū. q̄m volēs miam est: et reuertet̄ et miserebit̄ nr̄i. Deponet oēs iniq̄tates nr̄as: et piciet in pfundū maris: oīa peccata nr̄a. Dabit veritatem iacob: miam abraham: que iurasti patribus nostris a diebus antiquis: dn̄e de9 noster. Grad. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificiū vespertinum. Oremus. Oratio.

Presta q̄s dn̄e sic nos ab epulis abstinere carnalib9: vt a vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per dn̄m.

Lectio zacharie prophete. viij.

In diebus illis. Factū est verbum domini ad me dicēs. Hec dicit dominus deus exercituū. Sicut cogitaui vt affligerem vos: cū ad iracundiā prouocassent me patres vestri. et non sū misertus. Sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciā hierusalē et domui iuda. Nolite timere. Hec sunt enim verba: que facietis. Loquimini veritatē vnusquisqꝫ cū proximo suo. veritatē et iudicium pacis iudicate in portis vestris. et vnusquisqꝫ malū contra amicū suū ne cogitetis i cordib9 vr̄is. et iuramentū mēdax ne diligatis. Oīa eni hec sūt. q̄ odi. dicit dn̄s. Et factū est verbū dn̄i exercituum ad me dicēs. Hec dicit dn̄s exercituū. Jeiuniū quarti/ieiuniū quinti: et ieiuniū septimi/et ieiuniū decimi. erit domui iude in gaudiū et leticiā. et in solennitates preclaras. Ueritatē tantū et pacē diligite: dicit dn̄s exercituū. Grad. Saluum fac populū tuū dn̄e: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dn̄e clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descēdētib9 in lacum. Oremus. Oratio.

Ut nos domine tribuis solēne tibi deferre ieiunium: sic nobis quesumus indulgentie presta subsidiū Per dominum. Lectio. v Angelus domini. tota legatur sicut in sabbato quattuor temporū i ebdo penthe. Duo clerici de secunda forma in superpellicijs ad gradum chori dicant sequentē Tractū.

Omnipotentē ſemp adoꝛanter. Et benedicunt omne p euū. Choꝛus idē repetat. Clerici. ℟. Aſtra poloꝝ cuncta hoīm gens ſolqꝫ ſoꝛoꝛqꝫ lumina celi Choꝛus. Oīpotētē. Clerici. ℟. Sic quoqꝫ limphe queqꝫ ſugnt ros pluuieqꝫ ſpiritus omnis. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℟. Ignis ꝛ eſtus cauma geluqꝫ frigus et ardoꝛ atqꝫ pꝛuina. Choꝛus. Omnipotentē. Clerici. ℟. Nix glacieſqꝫ noxqꝫ dieſqꝫ lux tenebꝛeqꝫ fulgura nubes. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℟. Arida montes germina colles flumina fontes pontus et vnde. Choꝛus. Omnipotentem. Clerici. ℟. Omnia viua que vehit equoꝛ que vegetat ver terraqꝫ nutrit. Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℟. Cuncta hominum gens iſrael ipſe chꝛiſti coleqꝫ ſeruuli quiqꝫ. Choꝛus. Omnipotentem. Clerici. ℟. Sācti humileſqꝫ coꝛde benigno treſqꝫ puſilli exuperātes Choꝛus. Et benedicunt. Clerici. ℟. Rite camini ignei flammas iuſſa tyꝛanni tēnere pꝛompti. Choꝛus. Omnipotētem. Clerici. ℟⁹. Sit genitoꝛi laus genitoqꝫ lauſqꝫ btā flamini ſacro. Choꝛ⁹ Et bñdicunt. Clerici reincipiāt tꝛ. Omnipotentem. et percantetur a choꝛo. Sequatur Dñs vobiſcum. et Oꝛemus. Oꝛo.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flāmas ignium. cōcede ppicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitioꝛum. Per dñm. Hic dicūtur memoꝛie conſuete. Ad hebꝛeos. ix.

Fratres. Tabernaculū factuꝫ eſt pꝛimum: in quo erant cādelabꝛa et menſa et pꝛopoſitio panū quod dicit ſancta. Poſt velamentū autē ſecūdum tabernaculū. quod dicitur ſancta ſāctoꝛum: habens aureū thuribulū. et archā teſtamēti circūtectam ex omni parte auro. In qua vꝛna aurea habēs manna: et virga aaron que frōduerat. et tabule teſtamenti. Super que erāt cherubin glorie. obumbꝛantia pꝛopiciatoꝛium: de q̄bus non eſt modo dicendum per ſingula. His vero ita compoſitis: ī pꝛioꝛi quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificioꝛum officia ꝯſummātes. In ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex: non ſine ſanguine. quē offerret pꝛo ſua et populi ignoꝛantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto: nondum ꝑpalatam eſſe ſanctoꝛū viam. adhuc pꝛioꝛi tabernaculo habēte ſtatum. Que parabola eſt tempoꝛis inſtātis. iuxta quā munera et hodie offerunt: que non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientē. Solūmodo in cibis et in potibus et varijs baptiſmatibus et iuſticijs carnis: vſqꝫ ad tempus coꝛrectionis impoſitis. Chꝛiſtus autem aſſiſtēs pontifex futuroꝛum bonoꝛum: per amplius. et perfectius tabernaculum non manufactum. id eſt nō hui⁹ creationis. neqꝫ per ſanguinem hyꝛcoꝛum aut vituloꝛum. ſed per pꝛopꝛium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta: eterna redemptione inuenta. Duo clerici de ſecunda foꝛma in cappis ſuis nigris ad gradū choꝛi ſimul dicant ſequentem Tractum.

Laudate dñm oēs gentes: et collaudate eum oēs populi. ℟. Qm̄ confirmata eſt ſuper nos miſericoꝛdia eius: et veritas dñi manet ineternum.

Secundum lucam. xiij.

In illo tpe. Dicebat ieſus turbis: ſimilitudinem hāc. Arboꝛem fici habebat quidam plantatā ī vinea ſua: et venit querēs fructū in illa. ꝛ nō inuenit. Dixit aūt ad cultoꝛē vinee. Ecce anni tres ſunt. ex quo venio. querēs fructū in ficulnea hac: ꝛ non inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiā terrā occupat? At ille reſpōdens: ait illi. Dñe: dimitte illam ꝛ hoc anno: vſqꝫ dū fodiam circa illam et mittā ſtercoꝛa. Et ſiqdē fecerit fructū. Sin autē: in futurū ſuccides eā. Erat aūt docēs in ſynagoga eoꝝ ſabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat ſpm̄ infirmitatis annis decē ꝛ octo: ꝛ erat iclinata. nec poterat omnino ſurſū reſpicere.

Quã cũ videret iesus: vocauit eã ad se. et ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et iposuit illi man⁹: et cõfestim erecta est. et glorificabat deũ. Rñdẽs autẽ archisynagogus indignans. q2 sabbato curasset iesus: dicebat turbe. Sex dies sũt: in qb⁹ oportet operari. In his ergo venite et curamini: et nõ in die sabbati. Rñdit aũt ad illũ dñs: et dixit. Hypocrite: vnusquisq3 vr̃m sabbato nõ soluit bouẽ suũ aut asinũ a psepio. et ducit adaquare? Hanc aũt filiã abrahe quã alligauit sathanas. ecce decem et octo ãnis nõ oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cũ hec diceret: erubescebant omnes aduersarij eius. Et omnis popul⁹ gaudebat in vniuersis: que gloriose fiebant ab eo. Offer. Dñe de⁹ salutis mee i die clamaui et nocte corã te: itret oratio mea in conspectu tuo dñe. Secreta.

Quesiuimus domine nostris placare muneribus et ieiunijs: quoniam tu eadem tribuis vt placeris. Per. Cõio. Mense septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cũ eduxerim eos de terra egypti ego dominus deus vester. Postcõio.

Perficiant in nobis domĩe quesumus tua sacramenta quod continent: vt que nunc specie gerimus. rerũ veritate capiamus. Per dominum.

¶ In dedicatione ecclesie. Officium.

Terribilis est locus iste: hic domus dei est et porta celi. et vocabitur aula dei. In tẽpore paschali. alleluya. Ps. Domin⁹ regnauit decorem idutus est: indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Oratio.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui consecrationis reparas dies. et sacris semp mysterijs representas incolumes. exaudi preces populi tui et presta: vt quisqs hoc templum beneficia petitur⁹ ingreditur. cuncta se impetrasse letetur. Per dominum. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. xxi.

In diebus illis. Ego iohannes vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratam: sicut spõsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam: de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis. erit eorum deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: et mors vltra non erit. neq3 luctus/neq3 clamor/neq3 dolor erit vltra. q̃ prima abierunt. Et dixit qui sedebat i throno Ecce noua: facio omĩa. Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentũ irreprehẽsibilis est. ℣. Deus cui astat angelorũ chor⁹ exaudi pces seruorũ tuorũ Alla. ℣. Adorabo ad templũ sanctũ tuum: et cõfitebor nõi tuo. Hec duo Alla sequentia dicunt alternis vicibus p oct. nisi in dñica et in octa. die. Alleluya. ℣. O q̃ metuendus et venerandus est locus iste: vere non est hic aliud nisi dom⁹ dei et porta celi. Alleluya. Vsus. Fundata est domus domini super verticẽ montium: et exaltata est super omnes colles. Licet in quadragesima hoc festum euenerit: dicitur ista sequẽtia.

Hierusalem et syon filie: cetus omnis fidei curie: melos pangat iugis leticie alleluya. Christus enim desponsat hodie: matrem nostram normã iusticie: quam de lacu traxit miserie: ecclesie. In spiritus sancti clementia: spõsa sponsi letatur gratia: a reginis laudis cum gloria: felix dicta. Dos vt datur crescit leticia: q̃ dos quanta triplex potentia: tangẽs celũ terras et stigia: iusticia. Mira loquor sed sana credere: federatã tam largo munere: de proprio produxit latere: de⁹ homo. Formaretur vt sic ecclesia: figurauit in pari gloria: ade costis formata femina: hostis eua. Eua fuit nouerca posteris: hec est mater ele

cti generis: vite portus asillum miseris: et tutela. Pulchra potens partu mirabilis: vt luna sol fulget spectabilis: plus acie multo terribilis: ordinata. Multiplex est singularis vna: generalis et indiuidua: omnis eius sexus simul vna: parit turmas. Hec signata iordanis fluctibus: hec que venit e terre finibus: scientiam audire cominus: salomonis. Sit tipicis descripta sensibus: nuptiarum induta vestibus: celi prestet hodie ciuibus: xpo iuncta. O solennis festum leticie: quo vnitur xps ecclesie: in qua nostre salutis nuptie: celebrantur. Cetus felix dulce conuiuium: lapsis ibi datur solatium: desperatis offertur spacium: respirandi. Justis inde soluuntur premia: angelorum nouantur gaudia: leta nimis quod facit gratia: caritatis. Ab eterno fons sapientie: intuitus solus gratie: sic preuidit in rerum serie: hec futura. Xps ergo nos suis nuptiis: recreatos veris diuitiis: interesse faciat sociis: electorum. Infra. lxx. vsque ad caput ieiunii in oct. tantum huius festi dicitur Tractus.

Q Uam dilecta tabernacula tua domine virtutum concupiscit: et deficit anima mea in atria domini. V. Cor meum et caro mea exaltauerunt in deum viuum. V. Etenim passer inuenit sibi domum/ et turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos. V. Altaria tua domine virtutum: rex meus et deus meus. V. Beati qui habitant in domo tua: in eternum laudabunt te domine.

In paschali tempore erit secundum Alla de resurrectione quotidie per oct. et in oct. et etiam in prima die. Secundum lucam. xix.

I N illo tempore. Egressus iesus: perambulabat hierico. Et ecce vir nomine zacheus: et hic erat princeps publicanorum. et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset: et non poterat pre turba. quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sicomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum. et dixit ad eum. zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes: murmurabant dicentes. quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zacheus: dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui: reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit abrahe. Uenit enim filius hominis querere. et saluum facere: quod perierat. Offer. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio: deus israel custodi hanc voluntatem. In tempore paschali. alleluya. Secreta.

A Nnue quesumus domine precibus nostris: vt quicunque intra templi huius: cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus ambitum continemur: plena tibi atque perfecta corporis et anime deuotione placeamus. vt dum hec presentia vota reddimus. ad eterna premia te adiuuante peruenire mereamur. Per dominum. Prefatio quotid. Com. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit/ et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. In tempore paschali. alleluya alla. Postcom.

D Eus qui ecclesiam tuam sponsam vocare dignatus es: vt que habebat gratiam per fidei deuotionem. haberet etiam ex nomine dignitatem. da vt omnis hec plebs tuo nomini seruiens. huius vocabuli consortio digna inueniatur. Qui viuis et regnas cum deo patre. et cetera. Si hoc festum a septuagesima vsque ad pascha contigerit: dicitur in fine misse. Benedicamus domino. Si aut alio tempore anni finiatur cum Ite missa est. Per totas octa. dicitur eadem missa de dedicatione quandocunque hoc festum scilicet ab octa. epyphanie vsque ad. lxx. et ab octa. pasche vsque ad ascensionem domini.

vel a festo sãcte trinitatis vsq3 ad aduẽ
tum domini contigerit: nisi festũ. ix. lec.
intercurrãt: sed sine sequẽtia et Credo.
tamen si sit dñica dicitur ista sequẽtia.

Letabundus exultet fidelis cho=
rus: celi curie. Cum iocũdus or=
natur regine thorus: regi glorie. In ta=
li cõnubio nubit lappa lilio: soli stella.
Cum miro cõsortio anime: fit vnio dei
cella. Celebrantur hodie christi et eccle=
sie: caste nuptie. Sicut iungit spiritum
homo deo subditũ: iugo gratie. In hoc
patrocinio caro dei filio: nupsit nobili.
Ipse vero filius summus et eximius:
cessit humili. Ima summ⁹ petijt: et spõ
sam expetijt: quam de nigra gessijt: can
didare. Fecit quod disposuit: quia fedã
potuit: quando sibi placuit: emundare.
Ancilla propera. Ut fias libera. Cũ vi=
ro regnans sceptrigera. Sponsum consi
dera. Quem velat littera. Ipsum reue=
lat fides vera. Secundum lucam. vi.

In illo tempore. Dixit iesus disci
pulis suis. Omnis q̃ venit ad me.
et audit sermones meos. ⁊ facit eos: ostẽ
dam vobis cui similis sit. Similis est
homini edificanti domum. qui fodit in
altum: et posuit fundamentum supra
petram. Inũdatione autem facta: illisũ
est flumen domui illi. et nõ potuit eam
mouere. Fũdata enim erat: supra firmã
petram. Credo. In oct. dedicationis ec=
clesie omnia fiant sicut in prima die cũ
hac sequentia.

Quam dilecta tabernacula domi
ni virtutũ ⁊ atria. Quam electi
architecti tuta edificia. Que nõ mouẽt:
immo fouent: ventus flumen pluuia.
Quam decora fundamenta: per concin
na sacramenta: vmbre precurrentia. La
tus ade dormientis: euã fudit immanẽ
tis: copule primordia. Arcam ligno fa=
bricatã: noe seruans gubernatã: p mũ=
di diluuiũ. Prolẽ sera: tandẽ feta: anus
sara ridet leta: nostrũ lactãs gaudium.
In biuio tegens nuda: geminos parit

ex iuda: thamar diu vidua. Sic moyses
a puella: dum se lauit in fiscella: reperi=
tur circpea. Hic mas agn⁹ immolatur:
quo israel satiatur: eius tinctus sangui
ne. Hinc venit austri regina: salomonis
qua diuina: condit sapientia. Hec est ni
gra sed formosa: myrrha et thure fumo
sa: virga pigmentaria. Sic futura que
figura: obumbrauit reserauit: nobis di
es gratie. Iam i lecto cum dilecto: quie
scamus et psallamus assunt enim nup=
tie. Quarum tonat initium: i tubis epu
lantium: et finis per psalterium. Spõ=
sum millena: milia vna laudant melo
dia: sine fine dicentia alleluya alleluya.
Secundum iohannem. x.

In illo tpe. Facta sũt encenia i hie
rosolymis: ⁊ hyems erat. Et am=
bulabat iesus in tẽplo: i porticu salomo
nis. Circũdederunt ergo eũ iudei: et di=
cebant ei. Quousq3 aiam nostrã tollis?
Si tu es xp̃s: dic nobis palã. Rñdit eis
iesus. Loquor vobis: ⁊ nõ creditis. Ope
ra que ego facio in noie patris mei: hec
testimonium perhibẽt de me. Sed vos
non creditis: q2 non estis ex ouibus me
is. Oues mee vocẽ meã audiunt: et ego
cognosco eas. et sequuntur me. Et ego
vitam eternam do eis: et non peribunt
in eternũ. ⁊ non rapiet eas quisq3 de ma
nu mea. Pater meus quod dedit michi
maius oĩbus est: et nemo potest rapere
de manu patris mei. Ego et pater: vnũ
sumus. Nõ d̃ Credo. nisi dñica fuerit.
Si hoc festum a capite ieiunij vsq3 ad
cenam domini contigerit: nichil fiat de
festo nisi tantum i prima die: preter me
moriam infra octauam. et in octaua.

¶ In 9secratiõe eccl'ie. Ad missã. Offi'i

Terribilis est locus iste: hic
domus dei est et porta celi.
et vocabitur aula dei. In
tpe paschali all'a. ps. Dñs
regnauit decorem indutus est: indutus
est dominus fortitudinem et precinxit
se. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui sacrandorum tibi auctor es munerum. effunde super hanc orationis domum benedictionem tuam: ut ab omnibus inuocãtibus nomen tuum defẽsionis tue auxilium sẽtiatur. Per dominum nostrum.

Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. xxi.

In diebus illis. Ego iohannes vidi ciuitatem sãctam hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratã: sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam: de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus: et habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt: et ipse deus cum eis. erit eorum deus. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: et mors vltra non erit. neque luctus/ neque clamor/ neque dolor erit vltra. que prima abierunt. Et dixit qui sedebat i throno Ecce noua: facio omnia. Grad. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramentum irreprehensibilis est. V. Deus cui astat angelorum chorus: exaudi preces seruorum tuorum. Alleluya. V. Adorabo ad templum sanctum tuum: et cõfitebor nomini tuo. Sequentia. Quã dilecta. vt supra in octa. dedicationis.

Secundum lucam. xix.

In illo tempore. Egressus iesus: perambulabat hierico. Et ecce vir nomine zacheus: et hic erat princeps publicanorum. et ipse diues. Et querebat videre iesum quis esset: et non poterat pre turba. quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sicomorum vt videret eum: quia inde erat trãsiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum. et dixit ad eum. zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descẽdit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes: murmurabant dicentes. quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zacheus: dixit ad dominum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui. reddo quadruplum. Ait iesus ad eũ. Quia hodie sal9 domui huic facta est: eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere. et saluum facere: quod perierat. Offr. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuum qui repertus est vidi cum ingenti gaudio: deus israel custodit hanc volũtatem. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Deus qui in omni loco dominationis tue totus assistis. et tot9 operaris. accepta sacrificiũ nomini tuo benignus oblatum: et hui9 domus cuius es fundator. esto protector: vt in virtute spiritus sãcti. fiat hic semper seruitium etiam tibi deuota libertas. Per d. in vnitate eiusdem. Cõio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus: in ea omnis qui petit accipit/ et qui querit inuenit/ et pulsanti aperietur. In tempore paschali. alleluya alla. Postcõio.

Sacramentis domine refectis salutaribus gratias tibi referim9. reple quesumus hoc templum tue gloria maiestatis: vt i honorem nominis tui fiat populo tuo domus orationis. Per dominum nostrum.

In reconciliatione ecclesie. Officium.

Dum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris: et effũdã super vos aquam mundã: et mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris: et dabo vobis spiritũ nouum. In tempore paschali. alleluya. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio

Deus qui dixisti domus mea domus oratiõis vocabitur. domũ istam gentium spurcitijs contaminatã mundare et sanctificare digneris: vt omnium preces et vota in loco hoc ad te cla

mātium exaudias.et benigne perficias
Qui viuis et regnas cum deo patre,
Lectō libri apocalipsis beati iohis apli.xxi
In diebus illis. Ego iohannes vi
di ciuitatem sanctam hierusalem
nouam descendentem de celo a deo pa=
ratam: sicut spōsam ornatam viro suo.
Et audiui vocem magnam: de throno
dicentem. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus: et habitabit cum eis. Et ip
si populus eius erunt: et ipse deus cum
eis. erit eorum deus. Et absterget deus
omnem lachrymam ab oculis eorum:
et mors vltra non erit. neqꝫ luctus/neqꝫ
clamor/ neqꝫ dolor erit vltra. q̄ prima
abierunt. Et dixit qui sedebat i throno
Ecce noua: facio omnia. Grad. Tollite
hostias et introite in atria eius adorate
dominum in aula sancta eius. ℣. Reue
lauit dominus condensa: et i templo ei⁹
omnes dicent gloriam. Alleluya. ℣. Cō
fitemini domino et inuocate nomē ei⁹:
annunciate inter gentes opera eius.
Secundum lucam. vi.
In illo tempore. Dixit iesus disci
pulis suis. Non est arbor bona
qui facit fructus malos: neqꝫ arbor ma
la faciens fructum bonum. Unaqueqꝫ
enim arbor: de fructu suo cognoscitur.
Neqꝫ enim de spinis colligunt ficus: ne
qꝫ de rubo vindemiant vuam. Bonus
homo de bono thesauro cordis sui: pro
fert bonum. Et malus hō de malo the=
sauro: pfert malū. Ex abūdātia enī cor=
dis: os loquitur. Quid enim vocatis me
domine domine. et nō facitis que dico?
Omnis qui venit ad me et audit sermo=
nes meos/et facit eos: ostendam vobis
cui similis sit. Similis est homini edifi
canti domum. qui fodit in altum: et po
suit fundamentum supra petrā. Inun
datione autem facta: illisum est flumen
domui illi. et non potuit eam mouere.
Fūdata enim erat: supra firmam petrā
Offer. Oraui deum meū ego daniel di=
cens. exaudi domine preces serui tui: illu
mina faciem tuam super sanctuarium
tuum: et propicius intende populū istū
super quem inuocatum est nomen tuū
deus. In tpe paschali. alla alla. Secr.
Hec hostia quesumus domine et lo
cum istum ab immundiciis iniquo
rum. vel patrate offensionis expurget:
et supplicationes nostras hic. et vbiqꝫ ti
bi reddat acceptas. Per dominū nrm.
Cōio. Acceptabis sacrificiū iusticie obla
tiones et olocausta: sup altare tuū dne.
In tpe paschali. alla alla. Postcōio.
Percipientes domine munera sa
lutis eterne te supplices exoram⁹:
vt templum hoc vel cymiterium a bar
barorum vel iniquorum inquinamen=
tis emundatum. tua benedictione ma
neat sanctificatum. et pectora nostra ab
omni sorde vitiorum aliena. tibi semp
assistant deuota. Per dnm nostrum.





Incipit propriū festiuitatū sanctorū
secundum vsū ecclesie Sar. In vigilia
sancti andree apostoli. Ad missā. Offi.

Dominus secus
mare galilee vidit du
os fratres petrū et an-
dreā/⁊ vocauit eos: ve
nite post me faciā vos
fieri piscatores hoim.
ps Celi enarrāt gloriā
dei: et opera manuum eius annunciat
firmamentum. Oratio.

Quesumꝰ oīps deꝰ: vt beatꝰ andre-
as apostolus. tuū ꝑ nobis implo-
ret auxiliū: vt a nr̄is reatibꝰ absoluti. a
cūctis etiā periculis eruamur. Per. Me
moria fiat de martyribꝰ: si āte aduentū
hec vigilia ↄtigerit: si īfra: nequaq̄. or.

Deus q̄ nos btōꝝ martyꝝ tuoꝝ
saturnini ⁊ sisinnij. ↄcedis na-
taliciis pfrui: coꝝ nos tribue meritis ad
iuuari. Per d. Epsl'a. Bñdictio dñi. req̄-
re i vigilia vnīꝰ apl'i. fol.i. Gr. Nimis
honorati sūt amici tui deꝰ: nimis cōfor-
tatꝰ est principatꝰ eoꝝ. V. Dinumerabo
eos/et sup arenā multiplicabūtur. Si
hec vigilia i dñica euenerit dr̄ sequens
Alla. V. In oēm terrā exiuit sonꝰ eoꝝ:
et in fines orbis terre v̄ba eoꝝ. Et dicat̄
missa i capitulo: et hec i oībꝰ missis pro

prijs de vigilia: q̄ in dñica ↄtigerint ob-
seruetur: nisi in vigilia natiuitatis dñi
tantum. Secundum iohānem. primo.

In illo tp̄e. Stabat iohānes: ⁊ ex
discipulis eiꝰ duo. Et respiciēs ie-
sū ambulantē: dixit. Ecce agnꝰ dei. Et
audierūt eū duo discipuli loquētē: ⁊ se-
cuti sūt iesū. Cōuersus autē iesus. et vi-
dēs eos sequētes se: dicit eis. Quid que-
ritis? Qui dixerūt ei. Rabbi: qđ dicitur
īterpretatū magister. Ubi habitas? Di
cit eis. Uenite ⁊ videte. Uenerūt et vide
rūt vbi maneret: et apud illū māserūt
die illo. Hora autē erat: quasi decima.
Erat aūt andreas frater symonis petri:
vnꝰ ex duobꝰ. q̄ audierāt a iohāne. et se
cute fuerant eū. Inuenit hic primū fra
trē suū symonē: ⁊ dicit ei. Inuēimꝰ mes
syā: qđ est interpretatū xp̄s. Et adduxit
eū ad iesū. Intuitꝰ aūt eū iesꝰ: dixit. Tu
es symon filius iohāna: tu vocaberis ce
phas. qđ interpretat̄ petrꝰ. In crastinū
autē voluit exire i galileā: et iuenit phi
lippū. Et dicit ei iesus. Seq̄re me. Erat
autē philippus: a bethsaida ciuitate an-
dree et petri. Inuenit philippus natha
naelē: ⁊ dicit ei. Quē scripsit moyses in
lege ⁊ ꝓphete: iuenimꝰ iesū filiū ioseph.
a nazareth. Et dicit ei nathanael. A na
zareth potest aliq̄d boni eē? Dicit ei phi-
lippus. Ueni ⁊ vide. Uidit iesus natha
naelē venientē ad se: ⁊ dicit de eo. Ecce ve
re israelita: i quo dolꝰ nō est. Dicit ei na
thanael. Unde me nosti? Rn̄dit iesus:
et dixit ei. Priusq̄ te philippus vocaret
cū esses sub ficu: vidi te. Rn̄dit ei natha
nael: ⁊ ait. Rabbi: tu es filꝰ dei: tu es rex
israel. Rn̄dit iesus: ⁊ dixit ei. Qz dixi ti
bi vidi te sub ficu credis: maiꝰ his vide-
bis. Et dicit eis. Amē amen dico vobis:
videbitis celū apertū: ⁊ āgelos dei ascēdē
tes ⁊ descēdētes: supra filiū hois. Offer.
Glia ⁊ honore coronasti eū: ⁊ cōstituisti
eū sup opa manuū tuaꝝ dñe. Secreta.

Sacrandū tibi dñe munus offeri-
mus. quo beati ādree apl'i tui so-

lēnia ieiuniis. et devotis officiis recolen
tes: purificationē quoq3 nostris mētib⁹
implorantus. Per dñm. Alia secreta.
OBlatum tibi dñe mun⁹. p beato
rū martyrū tuoꝝ saturnini. atq3
sisinnii. passione ꝑpicius assume: qḋ eo
rū itercessiōe maiestati tue fiat acceptū.
Per. Prefatio quotid. Cōi. Dixit andre
as symoni fratri suo. invenimus messy
am qui dicitur christ⁹. et adduxit eum
ad iesum. Postcommunio.
PErceptis salutaribus sacramen
tis humiliter te dñe deprecamur:
vt intercedēte btō andrea aplo tuo. q̄ p
illi⁹ venerādā egim⁹ solennitate. nobis
proficiāt ad salutē. Per. Alia postcōio.
UT hec cōio nos dñe. tua visita
tiōe dignos efficiat: vt i saturni
ni martyris tui sociorūq3 eius. pia q̄s in
tercessio semꝑ imploret. Per dominum
¶ In die sancti andree. Officium.
MIchi autem nimis honorati
sunt amici tui de⁹: nimis cō
fortatus est principatus eoꝝ
ps Domine ꝓbasti me et cognovisti me:
tu cognovisti sessionem meam et resur
rectionem meā. Gloria patri. Si extra
adventū cōtigerit dr Gloria i excelsis.
si vero infra nō dr/sed post oratione de
sancto fiat mēoria de adventu: ⁊ de san
cta maria. et hoc in oib⁹ festis sctoꝝ q̄ in
fra advētū cōtigerint observet. Oratio.
MAiestatē tuā dñe suppliciter exo
ramus: vt sicut ecclesie tue btūs
andreas aplus extitit ꝑdicator ⁊ rector.
ita apud te sit pro nobis perpetuus iter
cessor. Per dominum. Ad romanos. x.
FRatres. Corde creditur ad iusti
ciā: ore autē confessio fit ad salu
tē. Dixit eni i scriptura. Ois q̄ credit i il
lū: nō ꝯfundet. Nō enim est distinctio:
iudei et greci. Nā idē dñs oim: dives i
oēs/q̄ invocāt illū. Ois eni q̄cunq3 invo
caverit nomē dñi: salvus erit. Quō er
go invocabūt in quē nō crediderūt? Aut
quō credēt ei. quem nō audierūt? Quō
autē audiēt sine predicante? Quō vero
predicabūt nisi mittāt? Sicut scriptū
est. Quā speciosi pedes evangelizantiū
pacē. evāgelizantiū bona. Sed non oēs
obediūt evāgelio. Isaias ei dicit. Dñe:
q̄s credidit auditui nostro? Ergo fides
ex auditu: auditus autē p verbum xpi.
Sed dico. Nunq̄d non audierūt? Et q̄
dē in oēm terrā exivit sonus eoꝝ: ⁊ in fi
nes orbis terre: verba eoꝝ. Gr. Consti
tues eos principes super omnem terrā:
memores erunt nominis tui domine.
Vsus. Pro patribus tuis nati sunt tibi
filii: propterea populi confitebuntur ti
bi. Alleluya. Vsus. Dilexit andream do
minus: in odorē suavitatis. Sequētia.
SAcrosancta hodierne festivitatis
preconia. Digna laude vniversa
cathegorizet ecclesia. Mitissimi sancto
rū sanctissima: extollendo merita. Apo
stoli andree admirādo: prefulgēt is gra
tia. Hic accepto: a iohāne baptismo. Qd
venisset: qui tolleret pctā. Mox eius in
trās habitacula: audiebat eloquia. In
vētoq3 fratre suo bariona. Invenimus
ait ovans messyā. Et duxit eū: ad dulci
fluā: salvatoris presentiā. Hūc ꝑscrutās
tē maria: xpi vocavit clemētia. Artē pi
scādi: cōmutans dignitate aplica. Cui⁹
aia3: post clara fecisti: paschalis tēpora.
Sancti spūs preclara. ꝑlustravit poten
tia. Ad predicandū: populis penitentiā
Et dei patris p filiū clemētiam. Gratu
lare ergo: tāto patre achaia. Illustrata
eius: salvatori doctrina. Honorata mul
timoda: signorū freq̄ntia. Et tu gemēs
plora: trux carnifex egea. Te lues infer
na: ⁊ mors tenet eterna. Et andreā feli
cia: p crucē manēt gaudia. Iam regem
tuū spectas: iā adoras/iā in eius conspe
ctu andrea stas. Odorē suavitatis: iam
aspiras: quē divini amoris: aroma dat
His ergo nobis iclita. Dulcedo spirās
intima. Celestis vite ballsama. Sciens
dū estq3 in oibus festis. iii. lect. vel. ix. lc.
cū rege chori dicat sequentia ad missā:

nisi in festis plurimoꝝ cōfessoꝝ: et in fe
sto scti michaelis in mōte tūba. In oct.
vero ⁊ ītra siue fuerit cū regīe choꝛi siue
nō: sequētia ad missā nō dꝫ: nisi p oct. et
i oct. assumptiōis ⁊ natiuitatis btē ma
rie: ⁊ in dñica infra oct. ⁊ in oct. dedicati
onis ecclesie: ⁊ i oct. aplˀoꝝ petri ⁊ pauli
Secundum matheum. iiij.

IN illo tpe. Ambulās iesus iuxtā
mare galilee: vidit duos fratres.
symonē q̄ vocat petrus / ⁊ andꝛeā fratrē
eius. mittētes rhete in mare. Erant enī:
piscatoꝛes. Et ait illis. Venite post me:
⁊ faciā vos fieri piscatoꝛes hoim. At illi
continuo relictis rhetibus: secuti sūt eū.
Et pꝛocedens inde vidit alios duos fra
tres. iacobū zebedei / ⁊ iohannē fratrem
eius in naui / cū zebedeo patre eoꝛū refi
ciētes rhetia sua: ⁊ vocauit eos. Illi aūt
statim relictis rhetibus ⁊ p̄re: secuti sūt
eū. Credo. Offr. Michi autē nimis ho-
noꝛificati sunt amici tui deꝰ: nimis ↄfoꝛ
tatus est pꝛincipatus eoꝛum. Secreta.

SAcrificiū nostrū tibi dñe q̄s. bea-
ti andꝛee pꝛecatio sācta conciliet:
vt cuiꝰ honoꝛe solēniter exhibet. eiꝰ meri
tis efficiat acceptū. Per d. Pꝛefatio. Et
te dñe. Hec pꝛefatio dꝫ i oībus festis apo
stoloꝝ et euāgelistaꝝ: ⁊ p oct. aplˀoꝝ pe-
tri ⁊ pauli atq̧ andꝛee p̄terq̄ i festo scti
iohis apli in ebdā nati. dñi. in oct. vero
eiusdē dicet: et in festo eiusdē i paschali
tpe. Cōio. Venite post me faciā vos fie-
ri piscatoꝛes hoīz: at illi relictis rhetibꝰ
et naui: secuti sunt dominū. Postcōio.

SUmpsimꝰ dñe diuinā mysteria.
beati andꝛee festiuitate letantes:
q̄ sicut tuis sctis ad gloꝛiā. ita nobis q̄s.
ad veniā pꝛodesse perficias. Per dñm.
Per oct. dꝫ missa de sctō andꝛea sicut in
pꝛima die: sed sine sequentia et Credo.
et nisi missa Salus populi. cessat cātan
da. ⁊ nisi i sabbato qn̄ fit plenū seruitiū
de sctā maria: ⁊ nisi infra aduentū dñi.
Infra aduētū vero nihil fiet de eo: p̄ter
memoꝛiā vsq̧ ad octauū diē: tūc enī de

eo totū fiat seruitium: nisi i sabbato vel
dñica ↄtigerit: etiā dꝫ missa de oct. i capi
tulo. Qn̄ vero festū sācti andꝛee a dñica
differat in scdam feriā: tūc i sequēti dñi
ca dicat missa de oct. i caplˀo cū vna oꝛa-
tiōe. Similr̄ qn̄ festū scti nicolai a dñi
ca differt in scdam feriā: tūc in ip̄a scda
feria missa de oct. dꝫ in caplˀo simr̄ cū vna
oꝛatiōe. Eodē mō vna oꝛo tm̄ dꝫ ad
missā q̄ dꝫ in capitulo in oct. sancti lau
rentij atq̧ ad missam de sancta sabina

¶ Scti osmūdi epi ⁊ cōfessoꝛis. Offiī.

STatuit ei dñs testamētum pa-
cis. et pꝛincipem fecit eū vt sit
illi sacerdotij dignitas in eter-
nū. ps. Mias dñi: in eternū cantabo. Or.

OMnipotēs sempiterne deus qui
nos beati osmundi confessoꝛis tui
atq̧ pontificis hodierna festiuitate leti
ficas. tuam supplices exoꝛamus clemen
tiam / vt cuius solennia deuotis officijs
veneramur: eius pijs suffragijs. eterne
vite remedia. consequamur. Per dñm.
Epla. Ecce sacerdos magnꝰ q̄ in diebꝰ.
req̄re i cōi vnius cōfessoꝛis. fo. viij. Gr.
Iurauit dñs et non penitebit eū: tu es
sacerdos in eternum secundum oꝛdinē
melchisedech. ỽ. Dixit dominus domio
meo: sede a dextris meis. Alla. ỽ. Iustꝰ
germinabit sicut liliū: et floꝛebit in eter-
num ante dñm. Sequentia. Adest no-
bis. quere in cōi vnius confessoꝛis. fo. ix.
Euangelium. Homo quidam peregre.
quere in cōi vnius cōfessoꝛis. fo. ix. Offr.
Inueni dauid seruum meum. et i oleo
sancto vnxi eum: manus enim mea au
xiliabitur ei. ⁊ bꝛachium meum confoꝛ
tabit eum. Secreta

PRopiciare domine quesumꝰ sup
plicationibus nostris. et interce
dente pꝛo nobis beato osmundo confes
soꝛe tuo atq̧ pontifice / his sacramentis
celestibus seruientes ab omni culpa li-
beros esse concede: vt purificāte nos gra
tia tua eisdem quibus famulamur my-
sterijs emundemur. Per. Cōio. Domie

quinqꝫ taléta tradidisti michi: ecce alia quinqꝫ superlucratus sum: euge serue fidelis: quia i pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcōmunio.

P Resta q̄s dn̄e deus noster: vt diuinis mysterijs expiati. intercedente btō osmūdo cōfessore tuo atqꝫ pōtifice. ad supni plenitudinē sacramenti. cuius libauimus scā tēdamus. Per dn̄z.

¶ Sancti nicolai epi ꝛ ꝯfessoris. Offiu̅.

S Tatuit ei dn̄s testamentū pacis. et principē fecit euz: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternum. ℣ Misericordias domini: ineternum cātabo. Or.

D Eus q̄ beatū nicolaū pōtificem tuū. innumeris decorasti miraculis. tribue nobis q̄s: vt eius meritis ꝛ precibus. a gehenne incēdijs liberemur. Per dn̄m. Epl̄a Ecce sacerdos magnus. vt i cōi vni⁹ ꝯfessoris. fo. viij. Gr. Domine preuenisti eum i bn̄dictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣ Uitam petijt et tribuisti ei longitudinem dierum in seculū seculi. All'a. ℣. Iust⁹ germinabit sicut liliū: et florebit ineternū āte dn̄m. Seq̄.

C Ongaudētes exultemus: vocali concordia. Ad beati nicolai: festiua solēnia. Qui in cunis adhuc iacens: seruando ieiunia. Ad papillas: cepit sumina promereri gaudia. Adolescēs amplexatur: litteratū studia. Alienus. ꝛ immunis: ab oī lascivia. Felix confessor cuius fuit dignitatis: vox de celo nuncia. Per quā prouectus: presulatus sublimatur ad summa fastigia. Erat in e⁹ aīo: pietas eximia: ꝛ oppressis impēdebat: multa beneficia. Auro per eū virginū: tollitur infamia: atqꝫ patris earūdem: leuatur inopia. Quidam naute nauigātes: et cōtra fluctuū seuiciā luctantes: nauī pene dissoluta. Iam de vita desperātes in tanto positi periculo clamantes: voce dicūt oēs vna. O beate nicolae: nos ad maris portū trahe: de mortis angustia. Trahe nos ad portū maris/ tu qui tot auxiliaris: pietatis gratiā. Dū clamarent/ nec incassum: ecce quidā dicēs assum: ad vestra presidia. Statim aura datur grata/ et tempestas fit sedata: quieuerunt maria. Ex ipsius tūba manat: vnctiōis copia. Que infirmos. oēs sanat: per eius suffragia. Nos qui sumus in hoc mūdo: viciorū in profundo: iam passi naufragia. Gloriose nicolae: ad salutis portū trahe: vbi pax ꝛ glia. Ipsaz nobis vnctionem: impetres a dn̄o prece pia. Qua sanauit lesiōes: multorū peccaminū in maria. Huius festū celebrantes: gaudeāt per secula. Et coronet eos christus: post vite pericula. Euangeliū Homo quidā peregre. vt in cōi vni⁹ cōfessoris. fo. ix. Offr. Ueritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

S Anctifica quesumus domine hec munera que in veneratione sancti pōtificis tui nicolai offerimus: vt per ea vita nostra. inter aduersa/ ꝛ prospera vbiqꝫ dirigatur. Per dominum nostrū. Cōio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amē dico vobis/ super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

S Acrificia que sumpsimus domine. pro solennitate sancti pontificis tui nicolai: sempiterna q̄sumus nos protectione cōfirment. Per dominum.

¶ In octauis sancti andree. Officium.

M Ichi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria patri. Oratio.

P Rotegat nos q̄s dn̄e sepius beati andree apostoli tui repetita solēnitas: vt cuius patrocinia pia deuotione recolimus. ꝑpetuā defensionē sentiamus. Per dn̄m. Epl̄a. Corde creditur.

vt supra in die. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principat⁹ eorum. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ sup arenā multiplicabunt. Alla. ℣. Dilexit andreā dñs: i odorē suauitatis. Secundum marcum. primo.

IN illo tpe. Postq̄ traditus est iohānes: venit iesus in galileam predicās euāgelium regni dei dicēs. Quoniā impletū est tēpus. ⁊ appropinquabit regnū dei: penitemini ⁊ credite euangelio. Et preteriens secus mare galilee: vidit symonē ⁊ andreā fratrē eius mittentes rhetia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis iesus. Uenite post me: ⁊ faciā vos fieri piscatores hoim. Et ptinus relictis rhetib⁹: secuti sūt eū. Offer. In omnem terrā exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Secr.

INdulgentiā nobis pbeāt hec munera. qs dñe largiorē: q̄ beati andree apostoli tui suffragijs offeruntur. Per dñm. Prefatio Et te domine. Cōio. Uenite post me/ faciam vos fieri piscatores hominum: at illi relictis rhetibus et naui secuti sunt dominum. Postcōio

PErbeat nobis dñe quesum⁹ beatus andreas apostol⁹ optatum presidium: quo salutare nobis sumptū proficiat sacramentum. Per dominū.

¶ In cōceptione beate marie. Officiū.

GAudeamus oēs in dño diē festū celebrantes sub honore marie virginis: de cu⁹ cōceptione gaudent angeli et collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea regi. Glia. Nō dr Gloria in excel. Oro.

SUpplicationē seruorū tuorū deus miserator exaudi: vt qui in cōceptione dei genitricis ⁊ virginis congregamur. eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per eūd. Lectio libri sapiētie. Ecclesiastici. xxiiij.

EGo quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis ⁊ timoris: ⁊ magnitudinis ⁊ sancte spei. In me gratia ois vie ⁊ veritatis: in me ois spes vite ⁊ virtutis. Transite ad me oms qui concupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus eni meus sup mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauū. Memoria mea: in generatione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: ⁊ qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me non cōfundetur: ⁊ q̄ operātur in me nō peccabunt. Qui elucidant me: vitā eternā habebūt. Gr. Audi filia ⁊ vide: et inclina aurē tuā: qr concupiuit rex speciē tuam. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende pspere pcede et regna. Alla. ℣. Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda: clara ex stirpe dauid. Sequētia Alle celeste. vt in natiuitate beate marie. Initium sancti euangelij: secundum matheum. i.

LIber gnationis iesu xpi filij dauid: filij abrahā. Abraham autē genuit isaac: isaac aūt genuit iacob. Iacob aūt genuit iudam ⁊ fratres eius: iudas autē genuit phares ⁊ zaron de thamar. Phares aūt genuit esrom: esrom autē genuit arā. Aram aūt genuit aminadab: aminadab autē genuit naason. Naason aūt genuit salmon: salmō aūt genuit booz de raab. Booz autē genuit obeth ex ruth: obeth autem genuit iesse. Iesse aūt genuit dauid regē: dauid aūt rex genuit salomonem. ex ea q̄ fuit vrie. Salomon aūt genuit roboam: roboas aūt genuit abiam. Abias autem genuit asam: asa autem genuit iosaphat. Iosaphat autē genuit ioram: ioram autē genuit oziam. Ozias aūt genuit ioathan: ioathan aūt genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiam: ezechias autē genuit manassen. Manasses autē genuit amō: amon aūt genuit iosiam. Iosias aūt genuit iechoniam et fratres eius: in transmigratione babilonis. Et post transmi

grationez babilonis: iechonias genuit
salathiel. Salathiel aũt genuit zorobaꝛ
ne filiū tuū dñm nostrū nasci voluisti:
sctē edithe virginis tue precibus nobis
mētis ꝛ corporis tribue puritatē. ꝑ quā
a te nobis promissam pcipiamus felici
tatē. Per eundē. Memoria de martyri
bus eufemia / lucina / et geminiano. orō.
Presta qs dñe precibus nr̄is cū ex
ultatiōe puectū: vt quorū dic pas
sionis annua deuotiōe recolim⁹. etiam

fidei substātiā subsequamur. Per dnm. Epla. Qui gloriat. vt in cōi vni⁹ vgis nō mart. fo. xii. Gr. Dilexisti iusticiā ꝛ odisti iniquitatē. V. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie. Alla. V. Emulor eni vos dei emulatiōe: despondi vos vni viro virginē castam exhibere xpo. Sequentia. Uirginis venerande. vt in cōi vnius virginis nō martyris. fo. xii. Euāgeliū. Simile est regnū celorū decem. vt in cōi vni⁹ vgis nō martyris. fo. xii. Offer. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Super hāc oblationē nostrā q̄s domine benedictio tua descendat: ꝛ vt ipsi tibi hostia placabilis efficiamur. sancta editha apud te obtineat. Per dominū nostrū. Alia secreta de martyrib⁹

Munera populi tui dne ppiciat⁹ intēde: ꝛ sctōr martyr tuor eufemie/lucine/ꝛ geminiani quorū nobis tribuis solennitatē celebrare. fac gaudere suffragijs. Cōio. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te deus ineternum. Postcommunio.

Spūalis mēse dne participatio nobis mētis et corpis fiat saluatio/ et sctē edithe vgis tue tibi nos cōmēdet supplicatio. Per. Alia postcō. de mart.

Sumptis dne diuinis mysterijs exaudi q̄s preces nras: ꝛ sctōr martyr tuor eufemie/lucine/ꝛ geminiani quor solēniter celebramus victoriā. cōtinuis foueamur auxilijs. Per. ¶ Sancti lamberti epi et martyris. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dnm: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Oratio.

Sancti lāberti martyris tui atq; pōtificis dne nos tibi q̄s cōmendet oratio: et sicut hūc diē eius gloriosa decorat passio. ita nos ipsius semp muniamur suffragio. Per. Epla. Ois pontifex. vt in cōi vnius martyris et pontificis. fo. iiii. Gr. Inueni dauid seruum meum: oleo sancto vnxi eum: man⁹ eni mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eum. V. Nichil pficiet inimic⁹ in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eum. Alla. V. Elegit te dns sibi i sacerdotem magnum in populo suo. Euangelium. Circuibat iesus. vt in cōi vnius martyris et pontificis. fo. iiii. Offert. In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desideriū aie eius tribuisti ei. Secr.

Hostias tibi dne p cōmemoratiōe scti lāberti martyris tui atq; pōtificis offerimus obsecrātes: vt tua nobis sua intercessione multiplicet beneficia: quem a tui corporis vnitate nulla temptatio separauit. Qui viuis et regnas. Cōio. Posuisti domine in capite ei⁹ coronam de lapide precioso. Postcōio.

Percepto dne tui corporis ꝛ sāguinis sacramēto. concede nobis q̄s supplicāte btō lāberto martyre tuo atq; pōtifice ita muniri: vt ꝙ tēporalib⁹ releuemur cōmodis. et abūdemus eternis. Qui viuis ꝛ reg. cū deo pr̄e. ¶ In vigilia scti mathei apli et euāgeliste. Offm.

Ego aūt sicut oliua fructificaui i domo dni: speraui in mia dei mei: ꝛ expectabo nomē tuū qm bonū est āte cōspectū sctōr tuor. Ps. Quid gloriaris i malitia: qui potens es in iniquitate. Or.

Da q̄s ops deus: vt beati mathei apli tui ꝛ euangeliste quam preuenimus venerāda solennitas. et deuotionē nobis augeat et salutē. Per. Epla. Beatus hō q̄ inuenit. vt i cōi in vigilia vnius apostoli. fo. i. Gr. Iustus vt palma florebit sicut cedr⁹ libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annunciandum mane miam tuā: ꝛ veritatem tuam per noctem. Si dnica fuerit dicetur Alleluya. V. Per man⁹ autem apostolorum fiebāt signa et prodigia multa in plebe. Secundum lucam. In il

IN illo tpe. Uidit iesus publicanū
noīe leui sedētē ad thelonerū: ⁊ ait
illi. Sequere me. Et relictis oībus: sur
gēs secutus est eū. Et fecit ei cōuiuium
magnum leui ī domo sua: et erat turba
multa puplicanoꝝ ⁊ alioꝝ q̇ cū illis erāt
discūbētes. Et murmurabant pharisei
⁊ scribe eoꝝ: dicētes ad discipulos eius
Quare cum publicanis et pctōꝛibꝰ mā
ducatis ⁊ bibitis? Et rñdēs iesus: dixit
ad illos. Non egent qui sani sūt medi-
co: sed qui male habent. Non veni voca
re iustos: sed peccatores ad penitentiam
Offertoriū. Gloria et honore coronasti
eum: et constituisti eum super opera ma
nuum tuarum domine. Secreta.
RE spice q̄s oīps ⁊ misericors deus
munera q̄ ꝓ veneratiōe beati ma
thei apl̄i tui et euāgeliste tue offerimus
maiestati. ⁊ p̄sta: vt cuiꝰ solēnia his sa-
crificijs p̄uenimꝰ. eiꝰ suffragātibꝰ meri
tis q̄ tibi sūt placita digno effectu ac de
uotis mētibꝰ exeq̄mur. p̄ d̄. Cōio. Ma-
gna est glia eiꝰ ī salutari tuo: gliā ⁊ ma
gnū decorē īpones sup eū dn̄e. Postcōio
PResta q̄s oīps deꝰ: vt diuino mu
nere satiati. intercedēte btō ma-
theo apl̄o tuo ⁊ euāgelista. cuius solen
nia preuenimus. sacris semper et myste
rijs renouemur et moribus. Per dn̄m.
Si hec vigilia ī dominica euenerit mis
sa de vigilia in capitulo d̄z cū duo Alla
de cōi aploꝝ. Cū vo hec vigilia ī aliqua
feria quattuor tpm ɔtigerit: tūc de vigi
lia nihil fiat nisi tm̄ mēoria ad missam
de ieiu. In die scti mathei apl̄i. offm̄
MIchi autem nimis honora
ti sunt amici tui deus: ni-
mis confortatus est prin-
cipatꝰ eoꝝ. P̄s. Dn̄e pbasti
me et cognouisti me: tu cognouisti sessi
onem meam et resurrectionē meā. Orō
BEati mathei apl̄i tui et euangeli
ste dn̄e precibus adiuuemur: vt
qd̄ p̄ssibilitas nostra nō obtinet. eiꝰ no-
bis intercessione donet̄. Per. Memoria
de sctō laudo ep̄o et confessore. Oratio.
PResta q̄s oīps deꝰ: vt q̇ beati lau
di cōfessoris tui atq3 pōtificis so
lēnia colimus. eius intercessione eternā
beatitudinē cōsequamur. Ep̄la. Simi
litudo vultꝰ. vt ī cōi vniꝰ euāgeliste. fo.
ij. Gr̄. Os iusti meditabit̄ sapientiā: et
lingua eiꝰ loquet̄ iudiciū. V̄. Lex dei eiꝰ
in corde ipsius: et nō supplantabuntur
gressus eius. Allā. V̄. Primus ad syon
dicet ecce assum: et hierusalē euāgelistā
dabo. Sequētia. Laus deuota. vt ī cōi
vniꝰ euāgeliste. fo. ij. Scd̄m mattheū. ix.
IN illo tpe. Cū trāsiret iesus: vidit
hoīem sedētē in theloneo matheū
noīe. et ait illi. Sequere me. Et surgēs:
secutꝰ est eū. Et factū est discūbēte eo in
domo. ecce multi publicani ⁊ pctōres ve
niētes discumbebāt cū iesu ⁊ discipulis
eius. Et vidētes pharisei: dicebant disci
pulis eius. Quare cū publicanis ⁊ pctō
ribus manducat magister vester? At ie
sus audiēs: ait. Non est opus valentibꝰ
medicus: sed male habētibꝰ. Euntes au
tē: discite q̄d est miam volo. et non sacri
ficiū. Nō enim veni vocare iustos: sed pec
catores. Credo. Offr̄. Posuisti dn̄e in ca
pite eiꝰ coronā de lapide p̄cioso: vitā pe
tijt a te et tribuisti ei alleluya. Secreta
SUpplicatiōibꝰ apostolicis beati
mathei apl̄i tui et euangeliste q̄s
dn̄e ecclesie tue commendet̄ oblatio: cu
ius magnificis predicationibus erudit̄.
Per dn̄m. Alia secreta de sancto laudo.
SIcut beatū laudū confessorē tuū
atq3 pontificē dn̄e ad eternā glo
riā trāstulisti: sic ipsius meritis q̄s ad sa
lutē nostrā hanc presentem sāctifica ho
stiā. Prefatio. Et te dn̄e. Non d̄z in hac
prefatione. Per beatos euāgelistas. sed
Per btōs apostolos. Cōio. Magna est
glia eiꝰ ī salutari tuo: gliam et magnū
decorē impones sup eū dn̄e. Postcōio.
SUmpsimꝰ dn̄e venerabile sacra-
mentū beati mathei apostoli tui
et euangeliste festiuitate letantes. q̄s: vt

suis precibus gloriosis. et credendū no-
bis iugiter postulet. & sequendū beatus
euāgelista qđ predicauit et docuit. Per
dñm nostrū. Alia postcōio de sctō laudo
Refecti mēse celestis collatiōe. q̄s
dñe de⁹ noster: vt intercessiōe bti
laudi cōfessoris tui atq; pōtificis cuius
veneramur solennia. ab oi nos semper
aduersitate defendas. ¶ Sancti mau-
ricij sociorūq; eius martyrum. Officiū.
Intret i cōspectu tuo dñe gemi
tus cpeditor: redde vicinis no
stris septuplū i sinu eor: vindi
ca sāguinē sctōr tuor q̄ effusus est. ps.
Deus venerunt gentes in hereditatem
tuam: polluerunt tēplum sāctum tuū:
posuerūt hierusalē i pomor custodiā. or
Annue q̄s oīps deus: vt nos san-
ctor martyrum tuor mauricij
exuperij/candidi/ victoris/innocētij/et
vitalis sociorūq; eorūdē letificet festiua
solēnitas: vt quor suffragijs nitimur.
natalicijs gloriemur. Per dñm. Epla.
Sancti p fidē. vt i cōi plior mar. fo. v
Gr. Gliosus de⁹ i sctis: mirabilis i ma
iestate: faciens pdigia. ℣. Dextera tua
dñe glorificata est i virtute: dextera ma
nus tua cfregit inimicum. Alla. ℣. Te
martyrū candidatus: laudat exercitus
dñe. Sequentia. Ecce pulchra. vt in cōi
plurimor martyrū. fol. vi. Euangeliū.
Descendēs iesus de mōte. vt in cōi plu-
rimorum martyrum. fo. vi. Offertoriū
Letamini in domino et exultate iusti:
et gloriamini omnes recti corde. Secr.
Presentes hostias dñe q̄s merita
gloriosa martyrū thebeorū tibi
reddant acceptas: pro quorum tibi pre-
cioso sanguine sūt dicate. Per dominū
nostrum. Cōio. Iustorum anime i ma-
nu dei sunt: et non tanget illos tormen
tum malitie: visi sunt oculis insipienti
um mori: illi aūt sunt in pace. Postcōio
Sumptis dñe celestibus sacramē
tis q̄s: vt intercessione sāctorum
martyrū thebeorū consequi mereamur

veniam delictor. Per dñm. ¶ Sancte
tecle virginis non martyris. Officium
Loquebar de testimonijs tuis
i cspectu regū/et non cfunde-
bar: et meditabar i mādatis
tuis q̄ dilexi nimis. ps. Beati imaculati
in via: qui ambulant in lege dñi. Oro.
Omnips sēpiterne deus. auctor vir-
tutis et amator virginitatis. da no
bis q̄s sctē tecle virginis tue placitis ti
bi meritis cōmēdari: cuius vita merito
castitatis tibi cōplacuit. Per do. Epla.
Qui gliat. vt cōi vni⁹ vginis nō mar
tyris. fo. xij. Gr. Dilexisti iusticiā & odi
sti iniqtatē. ℣. Propterea vnxit te deus
deus tu⁹ oleo leticie. Alleluya. ℣. Emu-
lor eni vos dei emulatione: despōdi vos
vni viro virginē castam exhibere xpo.
Euange. Simile est regnū celorū decē.
vt in cōi vni⁹ vgis nō martyris. fo. xij.
Offert. Offerent regi virgines post eā:
proxime eius offerentur tibi. Secreta.
Offerim⁹ tibi dñe pces et munera
i honore sctē tecle vginis tue gau
dētes: presta q̄s. vt et conuenienter hec
agere. et remediū sēpiternū valeamus
acqrere. Per d̄. Cōio. Simile est regnū ce
lorū hoi negociatori querēti bonas mar
garitas: inuēta vna pciosa margarita:
vedit oia sua et cōparauit eā. Postcōio.
Prosint nobis dñe q̄s sūpta my-
steria. pariterq; nos intercedēte
beata virgine tua tecla. & a peccatis eru
ant: & presidijs tue propiciationis attol
lant. Per dñm nostrum. ¶ Sancti fir
mini episcopi et martyris. Officium.
Sacerdotes dei benedicite dñm:
sancti et humiles corde lauda-
te deum. ps. Benedicite oia ope
ra domini domino: laudate et superex-
altate eum in secula. Oratio.
Deus q̄ sāctā nobis hui⁹ diei leti-
ciā p cōmemoratiōe bti firmini
martyris tui atq; pōtificis fecisti: adesto
familie tue precibus. et da: vt cuius ho
die festa celebramus. eius meritis et in-

tercessionibus adiuuemur. Per. Ep̄la. Ois pōtifex. vt in cōi vni⁹ martyris et potificis. fo. iiij. Gr. Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu es sacerdos ineternū se cundū ordinē melchisedech. ℣. Dixit do min⁹ dn̄o meo: sede a dextris meis. Al leluya. ℣. Inueni dauid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eū. Euāgeliū. Cir cuibat iesus. vt in cōi vnius mar. et pō tificis. fo. iiij. Offert. Inueni dauid ser uum meum: & in oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & bra chium meum confortabit eū. Secreta

I Ntēde ppici⁹ q̄s dn̄e oblata tibi hec munera: et deprecatiōe b'ti fir mini martyris tui atq̧ pōtificis: i cui⁹ ea cōmemoratiōe deferim⁹. nos ipos ea dēq̧ sc̄tifica. Per do. Cōio. Dn̄e q̄nq̧ talenta tradidisti michi: ecce alia q̄nq̧ suplucrat⁹ sū: euge serue fidelis: q̧ i pau ca fuisti fidelis/supra multa te cōstituā: intra in gaudiū domini tui. Postcōio.

S Umpsim⁹ dn̄e in sancti marty ris tui atq̧ pōtificis firmini solē nitate celestia sacramenta: cuius suffra gijs q̄s largiaris. vt qđ tēporaliter geri mus. eternis gaudijs cōsequamur. Per dominum. ❡ Sancti cyp̄riani ep̄iscopi et iustine virginis martyr̄. Officium.

S Alus autem iustorum a domi no: & protector eorum est in tem pore tribulatiōis. P̄s. Noli emu lari in malignantibus: neq̧ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

O Mn̄ps sempiterne deus. da nobis sc̄tor martyr̄ tuorū cyp̄riani & iustini ita digne merita venerari: qua tenus ab instantibus liberemur pericu lis. Et digni efficiamur gaudijs sēpiter nis. Per. Ep̄la. Iusti aūt. vt in cōi plio rū martyr̄. fo. v. Gr. Uindica dn̄e san guinē sanctor tuor qui effusus est. ℣. Posuerūt mortalia seruorū tuorū escas volatilibus celi: carnes sc̄tor tuorum bestijs terre. Alla. ℣. Iusti epulēt & exul tent in cōspectu dei: et delectent i leticia

Euāge. Cū p̄sequent. vt in cōi plurimor martyr̄. fo. vi. Offer. Exultabūt sc̄ti in glīa: letabuntur i cubilib⁹ suis: exulta tiones dei in faucibus eorum. Secreta.

S Uscipe q̄s dn̄e munera ppl̄i tui p martyr̄ tuorū festiuitate sancto rū: et sincero nos corde fac eor natalici is interesse. Per d. Cōio. Multitudo lā guentium & qui vexabantur a spiritib⁹ īmundis veniebāt ad eū: q̧ virt⁹ de illo exibat et sanabat omnes. Postcōio.

S Acramētor tuor dn̄e participa tione letātes. supplicit exoramus: vt quor merita celebrare condonas. eo rū nos facias imitari cōstantiam. Per. ❡ Sctōr cosme & damiani mart. offiū

S Apientiā sanctor narrāt ppl̄i: et laudē eorū nunciat ecclesia: nomina autē eorū viuent in se culum seculi. P̄s. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Oratio.

M Agnificet te dn̄e sc̄torū marty rū tuor cosme & damiani beata solēnitas: qua & illis gloriā sempiternā et opem nobis ineffabili puidētia cōtu listi. Per. Ep̄la. Benedictus deus. vt in cōi vni⁹ martyris. fo. iij. Gr. Clamaue rūt iusti & dn̄s exaudiuit eos: & ex oib⁹ tribulatōib⁹ eor liberauit eos ℣. Iuxta est dn̄s his q̄ tribulato sūt cor de: & hūiles sp̄ū saluabit. Alla. ℣. Uox ex ultatōis & salutis: i tabernaculis iustor Euā. Eleuatis ie⁹ oculis. vt i cōi plior martyr̄. fo. vi. Offer. Gliabunt i te oēs qui diligunt nomē tuum: qm̄ tu b̄ndi ces iusto: domine vt scuto bonevolunta tis tue coronasti nos. Secreta.

I N tuor dn̄e preciosa morte iusto rum sacrificiū illud offerimus: de quo martyriū sumpsit omne principium qđ q̄s propiciationis tue nobis munus obtineat. Per. Cōio. Posuerunt morta lia seruarum tuor dn̄e escas volatilib⁹ celi: carnes sanctor tuorum bestijs ter re: secundū magnitudinem brachij tui posside filios morte punitor. Postcōio

Sit nobis dñe libatio sacramenti
tui certa saluatio: que cum bea-
torꝝ martyrum tuorꝝ cosme et damiani
meritis implozatur. Per. ¶ In festo sā
cti michaelis archangeli. Officium.

Benedicite dñm oēs angeli
eiꝰ / potētes ỽtute ꝙ facitis
ỽbū eiꝰ ad audiendā vocē
sermonū eiꝰ. ℣. Bñdic aīa
mea dño: et oīa ꝙ itra me sūt noī scō eiꝰ
Kyrie rex splendēs. cū suis ℣. Oratio.

Deus ꝙ miro ordine angelorꝝ mi
nisteria hominūꝗ dispensas. cō
cede ꝓpicius: vt quibus tibi ministran
tibus in celo semper assistit. ab his i ter
ra vita nostra muniat. Per dñz. Lectio
libri apocalipsis beati iohis apl'i. primo

In diebꝰ illis. Significauit deꝰ
ꝙ opoztet fieri cito: loquēs ꝑ ange
lū suū seruo suo iohāni. ꝙ testimoniū ꝑ
hibuit verbo dei. ⁊ testimoniū iesu xp̄i i
his quecunꝗ vidit. Beatus ꝙ audit ⁊ ꝙ
legit verba ꝓphetie huius: ⁊ seruat ea ꝙ
in ea scripta sūt. Tēpus eni ꝓpe est. Jo
hānes septē ecclesijs ꝙ sunt in asya: gra-
tia vobis ⁊ pax ab eo ꝙ est. ⁊ ꝙ erat: et ꝙ
vēturus est. Et a septē spiritibus ꝙ in cō
spectu throni eius sūt: et a iesu xp̄o / ꝙ est
testis fidelis. primogenitus moztuorū.
et princeps regū terre. Qui dilexit nos.
et lauit nos a pctis nr̄is i sāguine suo.
Gr. Bñdicite dñz oēs āgeli eiꝰ: potētes
ỽtute ꝙ facitis ỽbū eiꝰ. ℣. Bñdic anima
mea dño: ⁊ oīa iteriora mea nomē sctm̄
eius. Allā. ℣. In cōspectu angelozum
psallā tibi dñe deus meꝰ. Sequentia.

Ad celebres rex celice laudes cun
cta. Pāgat nūc canora caterua
symphonia. Odas atꝗ soluat concio ti
bi nr̄a. Cū iā renouant: michaelis incly
ta laude festa. Per quē letabūda: peror
natur machina mundi tota. Nonies di
stincta: neumatū sunt agmina per te fa-
cta. Sed cū vis facis hec flāmea: per an
gelicas officinas. Inter prima: sunt
hec nā creata tua: cū simus nos vltima
factura: sz imago tua. Theologa. cathe
gorisent symbola: nobis hec tertriparti
ta: ꝑ priuata officia. Plebs āgelica: pha
lanx et archāgelica: principans turma
virtus vranica: ac potestas almiphona
Dominantia numina: diuinaꝗ subsel
lia: cherubin etherea: ac seraphin ignico
ma. Uos o michael celi satrapa: gabriel
ꝗ vera dans verbi nuncia. Atꝗ rapha
el vite vernula: conferte nos inter para
dysicolas. Per vos patris: cuncta com-
plent mandata: ꝙ dat. Eiusdem sophia
compar quoꝗ neuma: vna ꝑmanens i
vsya. Cui estis administrantia deo: mi
lia milium sacra. Uices per bis: quinas
bis: atꝗ quingēta dena. Centena mil
lena: assistunt in aula: ad quā rex ouem
centesimā. Uerbigenam dragimāꝗ de-
cimam: dextra duxit super algamatha.
Uos per ethera: nos ꝑ rura dena. Pars
electa armonie: vota denus yperlirica
cythara. Ut post bella michaelis incly-
ta. Nostra deo sint accepta auream: cir-
ca aram thimiamatha. Quo i celesti iā
gloria. Condecantemus alleluya.
Secundum matheum. xviij.

In illo tpe. Accesserūt discipuli ad
iesum: dicentes. Quis putas ma
ior est in regno celorum? Et aduocās ie
sus paruulū: statuit eū in medio eorꝝ / et
dixit. Amē dico vobis: nisi ꝯuersi fueri-
tis: et efficiamini sicut paruuli. nō itra-
bitis in regnū celorꝝ. Quicūꝗ ergo hu
miliauerit se sicut paruulus iste: hic est
maior in regno celorꝝ. Et qui susceperit
vnū paruulū talē in noīe meo: me susci
pit. Qui aūt scādalizauerit vnū de pu-
sillis istis ꝙ in me credunt: expedit ei. vt
suspendat mola asinaria i collo eius. et
demergat in ꝓfundū maris. Ue mun-
do ab scādalis. Necesse est eni: vt veniāt
scādala. Uerūtamē. ve hoi illi: ꝑ quem
scādalum venit. Si aūt manus tua vel
pes tuus scādalizat te: abscide eū / ⁊ pro
ce abs te. Bonū est tibi ad vitā ingredi
debilē vel claudum: ꝙ duas manus vel

duos pedes habentẽ mitti i ignẽ eternũ
Et si oculus tuus scãdalizat te: erue eũ
et proijce abs te. Bonum tibi est cũ vno
oculo in vitã intrare: q̃ duos oculos ha
bentẽ mitti in gehẽnẽ ignis. Uidete: ne
contẽnatis vnũ ex his pusillis. Dico eni
vobis: quia angeli eorũ in celis semper
vidẽt faciẽ patris mei: q̃ in celis est. Cre
do. Offer. Stetit angel⁹ iuxta arã tem-
pli habẽs thuribuluz aureum in manu
sua / ⁊ data sũt ei incẽsa multa: ⁊ ascẽdit
fum⁹ aromatũ i cõspectu dei alla. Secr.
Munus ppli tui q̃s dñe dignãter
assume. qđ tibi nõ nr̃is meritis:
sed sãcti archãgeli tui michaelis / oĩmq̧
btõr spirituũ depcatiõe sit gratũ. Per
dñz. Prefatio quotidiana. Cõio. Bene-
dicite oẽs angeli dñi dño: hymnũ dicite
et superexaltate eum in secula. Postcõio.
Beati archãgeli tui michaelis iter
uẽtione suffulti supplices te dñe
deprecamur: vt quos honore psequimur.
cõtingam⁹ et mẽte. Per dñm. ¶ Scti
hieronymi p̃sbyteri et doctoris. Officiũ
Sacerdotes dei benedicite dñm:
sancti et humiles corde lauda-
te deum. Ps. Benedicite omnia
opera domini domino: laudate et sup-
erexaltate eum in secula. Oratio.
Deus q̃ nobis p btm̃ hieronymũ
cõfessorẽ sacerdotẽq̧ tuũ scriptu-
re sctẽ veritatẽ. et mystica sacramẽta reue
lare dignat⁹ es. cõcede q̃s: vt cui⁹ nata-
licia colim⁹. et⁹ semp et erudiamur do-
ctrinis et meritis adiuuemur. Per do.
Epla. Dedit dñs. vt in cõi vni⁹ cõfesso-
ris et doctoris. fol. ix. Gr. Iurauit dñs
et nõ penitebit eũ: tu es sacerdos ineternũ
scđz ordinẽ melchisedech. V. Dixit dñs
dño meo: sede a dextris meis. Allã. V.
Posui adiutoriũ sup potentẽ: et exalta
ui electum de plebe mea. Sequentia.
Adest nobis. vt in cõi vnius cõfessoris.
fo. ix. Euangelium. Uos estis sal terre.
vt in cõi vni⁹ cõfessoris et doctoris. fo. x.
Credo dicitur. Offer. Inueni dauid ser
uum meum: et i oleo sancto vnxi eum:
manus eni mea auxiliabitur ei: et bra
chium meum confortabit eũ. Secreta.
Clemẽtia tua dñe q̃s munera no
stra dignãter respiciat: et bti hie
ronymi confessoris et sacerdotis tui de
precatiõe p hec eadẽ nos placat⁹ purifi
ca. Per dñm nostrũ. Cõio. Dñe quinq̧
talẽta tradidisti michi: ecce alia q̃nq̧ su
perlucrat⁹ sũ: euge serue fidelis / q2 i pau-
ca fuisti fidelis / supra multa te cõstituã:
intra in gaudiũ domini tui. Postcõio.
Presta dñe q̃s vt ecclesiã tuã bea
tus sacerdos hieronym⁹ et fidei
doctrinis erudiat: ⁊ eruditã diuis my-
sterijs dignam. pia intercessiõe efficiat.
Per dñm. ¶ Sãctor remigij / germa-
ni / vedasti / ⁊ bauonis epor. Officium
Sacerdotes ei⁹ induãt salutare:
et sancti eius exultatione exul-
tabunt. Ps. Memento dñe da
uid: et oĩs mansuetudinis eius. Oratio
Exaudi q̃s dñe ppl̃m tuũ cũ sctõ-
rũ cõfessor tuorũ remigij / germa
ni / vedasti / ⁊ bauonis episcopor tibi pa
trocinio supplicãtẽ: vt et temporalis vi
te nos tribuas pace gaudere. et eternũ
reperire subsidium. Per dominũ nr̃m
Mẽoria de sctõ melore martyre. Orõ.
Adesto dñe supplicatiõib⁹ nr̃is:
et itercessione bti melori marty
ris tui ppetuã nobis miaz benign⁹ ipẽ-
de. p. Epla. Plures facti sũt. vt i cõi plu
rimorũ cõfes. fo. x. Gr. Sacerdotes eius
induant salutare: et sancti eius exultati
one exultabũt. V. Illuc producã cornu
dauid: paraui lucernã xp̃o meo. Allã. V.
Fulgebũt iusti et tanq̃ scintille i arũdi
neto discurrẽt ineternũ. Nulla dicitur
sequẽtia: licet. ix. lec. habeant. Euange.
Sint lũbi. vt in cõi plurimor cõfessorũ
fo. xi. Offer. Exultabunt scti in gloria:
letabuntur in cubilibus suis: exultatio
nes dei in faucibus eorum. Secreta.
Preces nostras q̃s dñe. et tuor re
spice oblatiões fidelium. vt tibi

grate sint in tuoꝝ festiuitate sanctoꝝ. et nobis conferāt tue ꝓpiciatiōis auxiliū. Per dn̄m. Alia secreta de sācto melozo.

P Resentia munera dn̄e q̄s serena pietate intuere: vt sancti sp̄us ꝑfundātur benedictione. quaten⁹ illam validius in nostris cordibus dilectionē infundant: p quā sāctus melozus martyr tuus oīa corporis tormenta deuicit. Per d. in vnitate eiusdē. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructū afferatis: et fructus vester maneat. Postcōio.

R Epleti sacramēto reparatōis humane in festiuitate sctōꝝ cōfessorum tuoꝝ remigij/germani/vedasti/ et bauonis. q̄s dn̄e de⁹ noster: vt sicut munera nobis dignaris prebere celestia. sic p eadē tribuas nos dignis inherere celestibus. Per. Alia postcō. de sctō melozo

Q Uos refecisti dn̄e celesti mysterio ab oībus q̄s ꝓpiciat⁹ absolue delictis: vt intercedēte beato melozo martyre tuo diuino mūere purificatis mētibus ꝑfruamur. Per d. ¶ Sancti leodegarij epi et martyris. Officium.

S Acerdotes dei benedicite dn̄m: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

D Eus qui hodierna die beatū leodegariū martyrē tuū atq̄ pōtificē gloria et honore coronasti. tribue nobis ꝓpici⁹: vt q̄ gloriā nō meremur. indulgētiā ip̄o interueniēte cōsequamur. Per dn̄m. Ad timotheum. ii. ii. et iii.

C Arissime. Memor esto iesū xp̄m resurrexisse a mortuis. ex semine dauid secundū euāgelium meū: in quo laboro vsq̄ ad vincula quasi male operans. sed verbum dei nō est alligatum. Ideo oīa sustineo ꝓpter electos: vt et ipsi salutē cōsequantur. q̄ est in xp̄o iesu cū gloria celesti. ¶ Tu autē assecutus es meam doctrinā: institutionē/propositū/fidem/longanimitatē/dilectionē/patientiam/ꝑsecutiones/passiones. qualia facta sunt michi antiochie/yconie/lystris quales ꝑsecutiōes sustinui. et ex oīb⁹ me eripuit dn̄s. Et oēs q̄ volūt pie viuere i xp̄o iesu: ꝑsecutionē patiēt. Gr. Inueni dauid seruū meum: oleo sancto vnxi eū: man⁹ enī mea auxiliabitur ei: et brachiū meū cōfortabit eū. V. Nichil ꝓficiet inimic⁹ in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. V. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotem magnū in populo suo. Euāgelium. Qui vos audit. vt i cōi vnius martyris. fo. iij. Offert. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomie meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

P Resta q̄s dn̄e vt bti leodegarij martyris tui atq̄ pontificis suffragio tua in nobis munera tuearis: p cuius honoranda confessione hostias tibi laudis offerimus. Per dn̄m nostrum Cōio. Beat⁹ seruus quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis super oīa bona sua ꝯstituet eū. Postcōio.

R Efecti participatiōe muneris sacri q̄s dn̄e deus noster: vt intercedēte beato leodegario martyre tuo atq̄ pōtifice. cuius exequimur cultū. sentiamus effectum. Per dn̄m. ¶ Sancte fidis virginis et martyris. Officium.

L Oq̄bar de testimonijs tuis in cōspectu regū et nō confundebar: et meditabar i mādatis tuis q̄ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege dn̄i. Or.

D Eus qui presentem diem beate fidis virginis tue martyrio fecis esse solennē. presta ecclesie tue: vt cuius meritis gloriatur. eius precibus adiuuetur. Per dn̄m. Ep̄la. Dn̄e de⁹ me⁹. vt i cōi vnius v̄ginis et martyris. fo. xi Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Hec est virgo sapiens quam dn̄s vigilantem inuenit.

Euãge. Sile est regnũ celoꝝ thesauro. vt in cõi vnius virginis et mar. fo. xij. Offer. Offerentur regi virgines post eã: pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.

SUscipe dñe pces et hostias meritis beate fidis virginis ac martyris tibi dicatas. et concede: vt nobis eiꝰ sint supplicatione salutares. cuius sunt veneratiõe solẽnes. p d. Cõio. Sile est regnum celoꝝ homini negociatoꝛi querenti bonas margaritas: inuẽta vna p̃ciosa margarita dedit omnia sua et cõparauit eam. Postcommunio.

SAcri altaris participatiõe refecti tuã dñe miam suppliciter exoꝛamus: vt qui hec in beate fidis virginis et martyꝛis tue veneratiõe percepimꝰ. eius nos cõfoueri suffragijs sentiamꝰ. Per.

¶ Sancti marci/marcelli/et apulei martyꝛum. Officium.

SAlus autem iustoꝛum a dño: ⁊ pꝛotectoꝛ eoꝛum est in tempoꝛe tribulatiõis. ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniquitatem. Oratio.

SAnctoꝝ martyꝝ tuoꝛuz marci/marcelli/et apulei nos dñe q̃s beata merita pꝛosequantur: et tuo semper faciant amoꝛe feruẽtes. Per. Epl'a. Sãcti per fidem. vt in cõi plurimoꝝ mar. fo. v. Gr. Iustoꝝ aie i manu dei sunt: et non tãget illos toꝛmentũ malicie. ℣. Visi sũt oculis insipientiũ moꝛi: illi aũt sũt i pace. All'a. ℣. Mirabilis dñs nr̃ i sctis suis. Euangeliũ. Cũ audieritis pꝛelia. vt in cõi plurimoꝝ martyꝛum. fol. vij. Offertoꝛiũ. Exultabunt sancti in gloria: letabũtur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eoꝛum. Secreta.

MAiestatẽ tuã nobis dñe q̃s hec hostia placatã reddat immolãda: tuoꝛũ digna postulatiõe sanctoꝝ i quoꝛum cõmemoꝛatione defertur. Per dominũ nostrũ. Cõio. Iustoꝛum anime i manu dei sunt: et non tanget illos toꝛmentum malicie: visi sunt oculis insipientiũ moꝛi/illi aũt sũt i pace. Postcõio.

SAcramentis quesumus domine muniamur acceptis: et sanctoꝛum martyꝛum tuoꝛum marci/marcelli/et apulei meritis: cõtra inruentes nequitias. armis celestibꝰ pꝛotegamur. Per dominum nostrum iesum chꝛistũ filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculoꝛum. Amen.

¶ Sancti dionysij socioꝛumqꝫ eiꝰ martyꝛum. Officium.

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditoꝛum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eoꝛum: vindica sanguinem sanctoꝛum tuoꝛum qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt tẽplum sanctum tuum: posuerunt hierusalem in pomoꝛum custodiam. Oratio

DEus qui hodierna die beatum dionysium virtute cõstãtie in passione roboꝛasti. quiqꝫ illi ad pꝛedicãdum gentibus gloꝛiam tuam rusticum et eleutherium sociare dignatus es. tribue nobis quesumus: ex eoꝛum imitatione pꝛo amoꝛe tuo pꝛospera mundi despicere. et nulla eius aduersa foꝛmidare Per dominum nostrum iesum chꝛistuz filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculoꝛum. Amen.

Lectio actuum apostoloꝛum. xvij.

PAulus cum athenis sylam et timotheũ expectaret. incitabatur spiritus eius in ipso: videns ydolatrie deditam ciuitatem. Disputabat ergo i synagoga cum iudeis. et idola colẽtibꝰ et in foꝛo per oẽs dies: ad eos qui audierunt. Quidã autẽ epicurei. et stoici. philosophi. ⁊ dionysius disserebãt cum eo: ⁊ quidam dicebant. Quid vult seminatoꝛ verboꝝ. hic dicere? Alij vero dicebant nouoꝝ demonioꝛũ. videtur annũciatoꝛ esse: quia iesum et resurrectiõem

annūciabat eis. Et apprehēsum: eū ad
ariopagum duxerunt dicentes. Possu-
mus scire que est hec noua (q̄ a te dicit̄)
doctrina. Noua eni quedā infers auri-
bus nostris: volumꝰ enim scire quidnā
velint hec esse. Athenīēses aūt oēs ⁊ ad-
uene hospites. cū dionysio. ad nichil ali
ud vacabāt: nisi aut dicere. aut aliquid
audire noui. Stans aūt paulus: in me
dio ariopagi. ait. Uiri athenīēses: per
oīa quasi supstitiosos vos video. Prete
riēs eni et vidēs simulachra vr̄a: inueni
et arā in qua scriptum erat. ignoto deo
Qđ ergo ignorātes colitis: hoc ego an-
nuncio vobis. Deus q̄ fecit mundum. ⁊
oīa que in eo sūt: hic celi et terre cum sit
dn̄s / non in manufactis tēplis habitat.
nec manibus humanis colit̄. indigens
aliquo. cū ipse det oībus vitam et inspi
rationem et oīa. Fecitq; ex vno omne
genus hominum ihabitare. super vni-
uersam faciem terre. diffiniens statuta
tempora / ⁊ terminos habitationis eoꝝ
querere deū. si forte attrectēt eū. aut in
ueniant: q̄uis non lōge sit. ab vnoquo-
q; nostrū. In ipso eni viuimus ⁊ moue
mur et sumus. sicut quidā vestroꝝ poe
tarū dixerunt: ipsius eni ⁊ genꝰ sumus
Genus ergo cū simus dei: nō debemus
estimare auro aut argento / aut lapidi
sculpture artis. ⁊ cogitationis hominū
diuinū esse simile. Et tempora quidam
huius ignorantie despiciens deus: nunc
annūciat hoībus. vt oēs vbiq; peniten-
tiā agant. eo q statuit diē. i qua iudica
turus est orbē in equitate. in viro i quo
statuit fidē prebens oībus suscitans eū
a mortuis. Cū audissent autem resurre
ctionē mortuorū: quidā irridebant. qui
dā vero dixerunt. Audiemus te: de hoc
iterū. Sic paulus exiuit de medio eoꝝ.
Quidā vero viri adherentes ei / credide
runt: in quibus ⁊ dionysius ariopagita
credidit: in dominū iesum christū. Gr.
Gl'iosus deus i sctis: mirabilis i maie-
state faciēs pdigia. V. Dextera tua dn̄e
glificata est i v̄tute: dextera manꝰ tua
cōfregit inimicū. Alla. V. Iusti epulen
tur et exultēt in cōspectu dei: et delecten
tur in leticia. Sequentia. Ecce pulchra
vt in cōi plurioꝝ martyꝝ. fo. vi. Euāgeliū
Descendēs iesus de mōte. vt in cōi plio
rum martyrum. fo. vi. Offert. Letami-
ni in domino et exultate iusti: et gloria-
mini omnes recti corde. Secreta.

Offerēdoꝝ tibi munerū deus au-
ctor et dator. presta quesumꝰ: vt
hoc sacrificiū singulare qđ sanctis tuis
in passione ꝯtulit caritatem. nobis tri
buat deuotionis presidium. Per dn̄m.
Cōio. Multitudo languentium / ⁊ qui
vexabantur a spiritibus immundis ve
niebant ad eum: quia virtus de illo exi
bat et sanabat omnes. Postcōmunio

Sumpsimꝰ dn̄e votiua mysteria
deprecātes clementiā tuā: vt eo-
rū nobis fiāt deprecatiōe salutaria. quo
rū passionis celebramus gloriosa solen
nia. Per dn̄m nostrū. ¶ Sancti gereo
nis sociorūq; eiꝰ martyrum. Officium.

Iusti epulent̄ et exultent in con
spectu dei: et delectentur in le-
ticia. Ps. Exurgat deus et dissi
pentur inimici eius: et fugiant qui ode
runt eum a facie eius. Oratio.

Presta q̄s dn̄e. vt sicut sctōꝝ mar
tyꝝ tuoꝝ gereonis / victoris / cas
sij / florentij sociorūq; eoꝝ nos natalicia
celebranda nō deserūt: ita iugiter suffra
gijs comitentur. Per dn̄m. Epl'a San
cti per fidem. vt in cōi pliorū martyrū.
fo. v. Gr. Iustorū aie in manu dei sūt:
et nō tanget illos tormentū malitie. V.
Uisi sūt oculis insipientiū mori: illi au
tem sunt in pace. Alla. V. Reddet deus
mercedē laborū sanctorū suoꝝ: ⁊ dedu-
cet illos i via mirabili. Euangeliū. Cū
audieritis. vt in cōi plurimoꝝ marty-
rum. fo. vij. Offert. Mirabilis deus in
sanctis suis: deus israel ipse dabit virtu
tem ⁊ fortitudinem plebi sue: benedictꝰ
deus alleluya. Secreta.

M Unera plebis tue dñe q̄s btōꝝ martyꝝ tuoꝝ gereonis sociorū-
q; eius fiāt tibi grata suffragijs: vt quo-
rum triūphi tuo nomine proferuntur.
ipsorum digna perficiantur et meritis.
Per. Cōio. Iustorum anime in manu
dei sunt: et non tanget illos tormētum
malicie: visi sunt oculis insipientiū mo-
ri illi autem sunt in pace. Postcōio.

A Desto dñe populo tuo cū sācto-
rū tuorū gereonis/victoris/cas-
sij/florētij sociorūq; eoꝝ patrocinio sup-
plicāti: vt qđ ppria fiducia nō presumit
suffragātiū meritis consequatur. Per.
¶ Scti nichasij sociorūq; ei⁹ mar. offiñ.

S Acerdotes ei⁹ induāt salutare:
et sancti eius exultatione exul-
tabūt. ps. Memēto dñe dauid:
et omnis mansuetudinis eius. Oratio.

D Eus qui sācta nobis huius diei
solennitatē in honore sāctorum
martyꝝ tuoꝝ nichasij/quirini/ et scuui-
culi consecrasti: adesto familie tue preci-
bus et dona: vt quorū festa celebramus.
eoꝝ merito et auxilio subleuemur. Per.
Epła. Rememoramini. vt in cōi pl'ioꝝ
martyꝝ. fo. v. Gr. Sacerdotes ei⁹ indu-
ant salutare: et scti ei⁹ exultatiōe exul-
tabūt. ℣. Illuc pducā cornu dauid: pa-
raui lucernam xp̄o meo. Alla. ℣. Fulge-
bunt iusti et tanq̄ scintille in arūdine-
to discurrent ineternū. Euangeliū. Cū
persequent᷑ vos. vt in cōi pl'ioꝝ martyrū
fo. vi. Offert. Exultabunt sancti i gl'ia:
letabunt᷑ in cubilibus suis: exultatiōes
dei in faucibus eorum. Secreta

P Reces dñe tuoꝝ respice oblatio-
nesq; fideliū: vt et tibi grate sint
pro tuoꝝ honore sanctoꝝ nichasij/ qui-
rini/ et scuuiculi. et nobis ꝯferāt tue ppi-
ciatiōis auxiliū. Per d. Cōio. Ego vos
elegi de mūdo vt eatis et fructū afferá-
tis: et fruct⁹ vester maneat. Postcōio.

S Anctorū martyrū tuorū dñe ni-
chasij/quirini/et scuuiculi inter-
cessione placatus. presta q̄s: vt q̄ tēpora-
li celebramus actione. perpetua saluati-
one capiamus. Per d. ¶ Trāslatio scti
edwardi regis et confessoris. Officium.

G Audeamus omnes in dño
diem festum celebrantes:
sub honore edwardi cōfes-
soris. de cuius translatio-
ne gaudent angeli et collaudant filium
dei. Ps. Exultate iusti in domino: rectos
decet collaudatio. Oratio

D Eus qui beatum regē edwardū
confessorem tuū eternitatis glo-
ria coronasti. fac nos q̄s ita eum vene-
rari i terris: vt cū eo regnare possimus
in celis. Per. Epła. Iustus cor suū. vt i
cōi vnius ꝯfessoris et abbatis. fo. x. Gr.
Dñe preuenisti eū in bñdictiōib⁹ dulcedi-
nis: posuisti i capite ei⁹ coronā de lapi-
de precioso. ℣. Vitā petijt et tribuisti ei:
longitudinē dierꝝ in seculū seculi. Alla.
℣. Iustus germinabit sicut liliū: et flo-
rebit ineternū ante dñm. Sequentia.
Adest nobis. vt i cōi vni⁹ ꝯfessoris et pō-
tificis. fo. ix. Euangeliū. Nemo accēdit.
vt in cōi vni⁹ cōfessoris et abbatis. fo. x.
Credo. Offert. Posuisti domine in capi-
te eius coronam de lapide precioso: vitā
petijt a te et tribuisti ei allā. Secreta

S Acris altarib⁹ assistētes nos dñe
q̄s spūs sancti luce pfunde: vt qđ
tibi in honore btī regis edwardi deuote
offerimus: nobis ipso interueniente fi-
at remedium salutare. Per dñm. i vni-
tate eiusdē. Cōio. Magna est gloria ei⁹
in salutari tuo: gloriam et magnum de-
corem impones super eū dñe. Postcōio.

V Italis alimonie subsidio sagina-
ti q̄s dñe de⁹ noster: vt beati re-
gis edwardi cōfessoris tui suffraganti-
bus meritis. celestis cōuiuij mereamur
esse participes. Per dñm. ¶ Vel dicūt
ad missā de sancto edwardo in transla-
tione eiusdem he tres oratiōes. Oratio

O Mnipotens sempiterne de⁹ q̄ beatū regem
edwardū sanctorū collegio socia-
sti. cōcede ppici⁹: vt q̄ gl'iose trāslatiōis

eius recolimus insignia. ipsius apud te sentiamus patrocinia. Per. Secreta.

Quos beati regis edwardi trãslatio scã letificat. tua nos dñe gratia reddat letiores: ⁊ tribuat in hoc sacrificio presẽtie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui viuis et regnas. Postcõio.

Et nobis salutem cõferãt sacramenta que sumpsimus. beatissimus rex edwardus confessor tuus domine pro nobis intercessor existat: de cuius veneranda translatiõe tribuis nos annua deuotiõe letari. Per dñm nrm.

Scti calixti [redacted] et martyris. Offm.

Sacerdotes dei benedicite dñm: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate ⁊ superexaltate eum in secula. Oratio.

Deus qui nos cõspicis ex nrã infirmitate deficere: ad amorẽ tuum nos misericorditer per sancti calixti martyris tui atqz põtificis exempla restaura. Per dñm. Epla. Doctrinis variis. vt in cõi vnius martyris ⁊ põtificis. fol. v. Gr. Inueni dauid seruũ meum: oleo sancto meo vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachiũ meũ cõfortabit eum. V. Nichil pficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nõ nocebit eum. Alla. V. Elegit te dñs sibi i sacerdotem magnum in populo suo. Euangelium. Vigilate quia nescitis. vt in cõi vnius confessoris. fol. ix. Offert. Veritas mea et misericordia mea cum ipso: ⁊ i nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Mistica nobis dñe pstet oblatio. q per sancti calixti meritum. nos et a reatibus nris expediat: et perpetua saluatione confirmet. Per. Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

Presta dñe qs: vt cuius passionis memoriam sacramẽti participatione recolimus. fidem proficiẽdo secte mur. Per dominũ.

Sancti vulfrãni episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dñs testamẽtum pacis/⁊ principẽ fecit eũ: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternũ. Ps. Misericordias dñi: in eternũ cãtabo. or

Da qs oẽs deus. vt beati vulfrãni cõfessoris tui atqz põtificis veneranda solẽnitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ salutẽ. Per d. Epla. Ecce sacerdos magnus q in diebus. vt i cõi vnius cõfessoris. fo. viij. Gr. Dñe preuenisti eum i benedictiõibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. V. Vitam petijt ⁊ tribuisti ei: longitudinẽ dierum i seculũ seculi. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliũ: ⁊ florebit ineternũ ante dñm. Vel sequẽ de cõi. Adest. vel Alma. vt i cõi vnius cõfes. fo. ix. Euã. Homo qdã peregre vt in cõi vnius cõfessoris. fo. ix. Offer. Veritas mea ⁊ mia mea cum ipso: et i noie meo exaltabitur cornu eius. Secreta

Respice qs dñe mũera populi tui in sancti vulfrani cõfessoris tui atqz põtificis honore oblata: ⁊ tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutẽ. Per d. Cõio. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis super oia bona sua cõstituet eũ. Postcõio.

Quos tuis dñe reficis sacramẽtis sancti vulfrãni cõfessoris tui atqz põtificis attolle benignus suffragijs vt nrẽ redẽptiõis effectum. ⁊ mysterijs capiamus ⁊ moribus. Per dñm nostrũ

Scti michaelis i mõte tũba. Offm.

Benedicite dñm omnes angeli eius: potentes virtute qui facitis verbum eius ad audiendã vocem sermonum eius. Ps. Benedic aia mea domino: ⁊ omnia que intra me sũt nomini sancto eius. Kyrie rex splendẽs. Et dicitur absqz versibus. Oratio.

Deus q miro ordine angelorum ministeria hominũqz dispẽsas. concede ppicius: vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur. ab his in

terra vita nostra muniatur. Per dñm.
Lectõ libꝛi apocalipsis bti iohis apli. xij
Actũ est pꝛeliũ magnũ i celo. Mi
chael et angeli eiꝰ pꝛeliabant̃ cũ
dꝛacone: et dꝛaco pugnabat/ et ãgeli eiꝰ
⁊ nõ pꝛeualuerũt. neq; locus inuentꝰ est
eoꝝ amplius in celo. Et ꝓiectus est dꝛa
co ille magnus serpẽs antiquus ꝙ voca
tur diabolus et sathanas: ꝙ seducit vni
uersũ oꝛbẽ. ⁊ ꝓiectus est in terrã. ⁊ ange
li eius cũ illo missi sũt. Et audiui vocẽ
magnã in celo dicentẽ. Nũc facta est sa
lus et virtus ⁊ regnũ dei nr̃i. et potestas
xp̃i eius: qꝛ ꝓiectus est accusatoꝛ fratrũ
nr̃oꝝ. ꝙ accusabat illos ante cõspectum
dei nr̃i die ac nocte. Et ipi vicerũt illũ ꝓ
pter sanguinẽ agni. ⁊ pꝛopter ꝟbũ testi
monij sui: ⁊ nõ dilexerũt aĩas suas vsq;
ad moꝛtẽ. Pꝛopterea letamini celi: et ꝗ
habitatis in eis. Gr. Bñdicite dñm oẽs
angeli eius potentes virtute qui facitis
verbũ eius. ℣. Benedic aĩa mea dño: et
oĩa interioꝛa mea nomẽ sanctum eius.
Alleluya. ℣. Concussum est mare ⁊ con
tremuit terra: vbi archangelus michael
descendebat de celo. Non dicitur sequẽ
tia. Euangelium. Accesserunt discipuli
vt supꝛa in alio festo. Credo. Offr. Ste
tit angelus iuxta aram templi habens
thuribulum aureum i manu sua/ et da
ta sunt ei incensa multa: et ascendit fu
mus aromatũ i ꝯspectu dei alla. Secr.
Munus populi tui q̃s dñe dignã
ter assume. quod tibi nõ nostris
meritis: sꝫ scti archãgeli tui michaelis
omniũq; beatoꝛũ spirituũ depꝛecatione
sit gratum. Per dominũ. Pꝛefatio quo
tidiana. Cõio. Benedicite omnes ange
li domini domino: hymnum dicite et su
perexaltate eum in secula. Postcõio.
Beati archãgeli tui michaelis in
teruẽtiõe sufulti supplices te dñe
depꝛecamur: vt quos honoꝛe ꝓseq̃mur.
contingamus et mente. Per dominum
nostrum iesũ xp̃m. ¶ Sctẽ etheldꝛede
virginis non martyꝛis. Officium.

Dilexisti iusticiã et odisti iniq̃ta
tẽ: ꝓpterea vnxit te deꝰ deꝰ tu
us oleo leticie pꝛe consoꝛtibus
tuis. ps. Eructauit coꝛ meum verbum
bonum: dico ego opera mea regi. Oro.
Omnipotens sempiterne deꝰ auctoꝛ vir
tutis ⁊ amatoꝛ ꝟginitatis. da no
bis q̃s sãcte etheldꝛede virginis tue pla
citis tibi meritis cõmẽdari: cuius vita
merito castitatis tibi complacuit. Per
dñm. Epla. Qui gloꝛiatur. vt i cõi vniꝰ
virginis nõ martyꝛis. fo. xij. Gr. Dile
xisti iusticiã et odisti iniquitatẽ. ℣. Pꝛo
pterea vnxit te deꝰ deus tuꝰ oleo leticie
Alla. ℣. Diffusa est grã i labijs tuis: ꝓ
pterea bñdixit te deꝰ ineternũ. Euange.
Simile est regnũ celoꝛũ decẽ. vt in cõi
vnius virginis non martyꝛis. fol. xij.
Offr. Offerentur regi virgines post eã
pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.
Offerimꝰ tibi dñe pꝛeces et mune
ra in honoꝛe sancte etheldꝛede vir
ginis tue gaudentes. pꝛesta q̃s: vt ⁊ con
uenienter hec agere. et remediũ sempi
ternum valeamus acquirere. Per dñm
Cõio. Diffusa est grã i labijs tuis: pꝛo
pterea bñdixit te deꝰ ieternũ. Postcõio.
Prosit nobis dñe q̃s sũpta myste
ria. pariterq; nos intercedẽte btã
ꝟgine tua etheldꝛeda. et a pctis exuãt:
⁊ pꝛesidijs tue ꝓpiciatiõis attollãt. Per
dñm. ¶ Sãcti luce euãgeliste. Officiũ.
Os iusti meditabit̃ sapiẽtiam/
et lingua eius loquetur iudici
um: lex dei eius in coꝛde ipsius
ps. Noli emulari in malignãtibꝰ: neq;
zelaueris facientes iniquitatẽ. Oꝛatio.
Interueniat ꝓ nobis dñe q̃s sctũs
tuus lucas euãgelista: qui crucis
moꝛtificationẽ iugiter in suo coꝛpoꝛe ꝓ
tui nominis honoꝛe poꝛtauit. Per dñꝫ
Memoꝛia de sancto iusto. Oꝛatio.
Deus ꝙ beato iusto talẽ foꝛtitudi
nẽ tribuisti. vt in puerili coꝛpu
sculo gloꝛiosũ ꝓ tuo amoꝛe subiret mar
tyꝛiũ. cõcede ꝓpiciꝰ: vt ipiꝰ itercedẽtibꝰ

meritis. ab oib⁹ nos absoluas peccatis.
Epla. Similitudo vult⁹. vt i cõi vni⁹
euãgeliste. fo. ij. Gr. Os iusti meditabi-
tur sapientiã: et lingua ei⁹ loquet iudi-
ciũ. ℣. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: et non
supplãtabunt gressus ei⁹. Alla. ℣. Pri-
mus ad syon dicet ecce adsũ: et hierusa-
lẽ euãgelistã dabo. Sequẽtia. Laus de-
uota. vt in cõi vnius euangeliste. fo. ij.
Euãgel. Designauit dñs. vt i cõi vni⁹
euãgeliste. fo. ij. Credo. Offer. Posuisti
dñe i capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso:
vitã petijt a te et tribuisti ei alla. Secr.
Donis celestib⁹ da nobis qs dñe
libera mẽte seruire: vt munera
q̃ deferim⁹. interueniẽte btõ luca euãge-
lista, et medicinã nobis operent et glo-
riam. Per. Alia secreta de sancto iusto.
Sicut diuine potentie gloriã mu-
nera p bti iusti martyrio oblata
testãt: sic nobis effectũ dñe qs tue salua-
tionis impendant. Prefatio. Et te dñe.
Non dicit in hac p̃fatiõe. Per beatos
euangelistas sed Per beatos apostolos
Cõio. Magna est gloria eius in saluta-
ri tuo: gloriam z magnum decorem im-
pones super eum domine. Postcõio.
Presta qs oĩps de⁹: vt id qd de sã-
cto altari tuo percepimus. p̃ci-
bus beati euangeliste tui luce sanctificet
aĩas nostras. per qd semp tuti esse possi-
mus. Per. Alia postcõio de sancto iusto
Refecti dñe benedictiõe celesti qs:
vt p itercessionẽ beati iusti mar-
tyris tui medicina sacramẽti. et corpori-
bus nr̃is psit z mẽtibus. ¶ Scẽ fre-
deswide virginis nõ martyris. Officiũ.
Dilexisti iusticiã et odisti iniq-
tatẽ: ppterea vnxit te deus de⁹
tuus oleo leticie p̃e cõsortib⁹
tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum
bonum: dico ego opera mea regi. Ora.
Omnips sẽpiterne de⁹. auctor virtu-
tis. et amator virginitatis/ da no-
bis qs scẽ fredeswide virginis tue pla-
citis tibi meritis cõmendari: z ab oibus vita

merito castitatis tibi complacuit. Per.
Epla. Qui gloriat. vt i cõi vni⁹ virgis
fo. xij. Gr. Dilexisti iusticiã: z odisti ini-
quitatẽ. ℣. Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tu⁹
oleo leticie. Alla. ℣. Diffusa est gratia i
labijs tuis: ppterea bñdixit te de⁹ i eter-
nũ. Sequẽtia. Uirginis venerande. vt
in cõi vni⁹ virginis nõ martyris. fo. xij.
Euangeliũ. Simile est regnũ celorũ de-
cem. vt in cõi vnius virginis non mart.
fo. xij. Offer. Offerent regi virgines post eã
proxime eius offerentur tibi. Secreta
Offerim⁹ tibi dñe p̃ces et munera
in honore scẽ fredeswide virginis
tue gaudẽtes. p̃sta qs: vt z cõuenienter
hec agere. et remediũ sempiternũ valea-
mus acquirere. Per dñm. Cõio. Diffu-
sa est gratia in labijs tuis: ppterea be-
nedixit te deus in eternum. Postcõio.
Prosint nobis dñe qs sumpta my-
steria pariterq; nos intercedẽte
beatã virgine tua fredeswida. z a petis
eruant: et presidijs tue ppiciatiõis attol-
lant. Per dñm. ¶ Sanctarũ vndecim
milia virginum et martyrum. Officiũ.
Uultũ tuũ deprecabũt oẽs di-
uites plebis: adducẽtur regi
virgines post eã: proxime ei⁹
adducentur tibi in leticia et exultatiõe
Ps. Eructauit cor meum verbum bonũ:
dico ego opera mea regi. Oratio.
Deus q̃ sanctã nobis hui⁹ diei so-
lẽnitatẽ p beatarũ virginũ mar-
tyrum tuarum gloriosa passione fecisti:
adesto familie tue p̃cibus z da. vt qua-
rũ hodie festa celebram⁹. meritis et iter-
cessionib⁹ adiuuemur. Per. Epla. O q̃
pulchra. vt in cõi pliũ virginũ. fo. xiiij.
Gr. Exultabũt sancti in gloria: letabunt
in cubilibus suis. ℣. Cãtate dño cãticũ
nouũ: laus eius in ecclia sctõr. Allã. ℣.
Adducent regi virgines post eã: proxime
eius offerent tibi in leticia z exultatiõe
Euange. Simile est regnũ celorũ decẽ.
vt in cõi vni⁹ virginis nõ martyris. fo.
xij. Offer. Offerentur regi virgines post

eam: prime eius offerent tibi. Secreta

Presentia munera q̄s dn̄e ita sere- na pietate intuere: vt sctī sp̄s p̄su- dantur benedictiōe. vt ī nr̄is cordib⁹ eā dilectionē audius capiam⁹. p quā scte v̄gines martyr zelo tue oīa corporis tor- menta deuicerunt. Per d. Cōio. Quin- q₃ prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus est: ecce spon- sus venit exite obuiā xp̄o dn̄o. Postcōio

Sumpsimus dn̄e sctārū virginū martyrūq₃ tuarū solennitate cele- stia sacramenta quarū suffragijs q̄s lar- giaris: vt qđ tēporaliter gerimus. eter- nis gaudijs consequamur. Per domi- num nostrum. ¶ Sancti romani epi- scopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dn̄s testamētum pa- cis/ ⁊ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. ps. Misericordias dn̄i: in eternū cātabo. Or.

Deus cui⁹ beatus roman⁹ pōti- fex ita sctitatis gratia decorat⁹ cōplacuit: vt tuor consortiū in celis p- mereret sanctorū. da ecclesie tue q̄s eius interuētu ppetuā consequi leticiā. cui⁹ depositionis gratulando celebrat solen- nem. Per. Epl'a. Iustū deduxit. vt in cōi vnius pfessoris. fo. viij. Gr. Ecce sa- cerdos magnus qui in diebus suis pla- cuit deo. ℣. Non est inuētus similis illi: q̄ conseruaret legem excelsi. All'a. ℣. In- ueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eum. Euāge. Vigilate q₃ nescitis. vt in cōi vni⁹ pfes. fo. ix. Offr. Veritas mea ⁊ misericordia mea cū ip̄o: ⁊ ī noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sacrificiū deuotionis nr̄e q̄s oīps deus clemēter respice: et intercesl- sione beati romani confessoris tui atq₃ pontificis. per hoc nobis salutem mētis et corporis benignus impende. Per do. Cōio. Fidelis seruus ⁊ prudens quē cō- stituit dn̄s sup familiā suā: vt det illis in tempore tritici mēsuram. Postcōio.

Concede quesumus domine de⁹ noster: vt mysteria sancta q̄ sum- psimus. intercedente beato romano cō- fessore tuo atq₃ pontifice. ⁊ gratiam no- bis deuotionis obtineant. et effectū bea- te perennitatis acquirant. Per d. ¶ Sctō- rū crispini et crispiniani mart. Officiū

Salus autē iustorum a dn̄o: ⁊ p- tector eorum est in tempore tri- bulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neq₃ zelaueris faciē- tes iniquitatem. Oratio.

Deus q̄ sanctis martyribus tuis crispino ⁊ crispiniano coronam martyrij ptribuisti. cōcede q̄s: vt eor inter- cessione veniā cōsequamur delictorū. ⁊ eterna gaudia beatorū. Per dn̄m. Me- moria de translatione sancti iohannis de beuerlaco ep̄i et confessoris. Oratio.

Deus q̄ hūc diē sanctissimi iohan- nis cōfessoris tui atq₃ pōtificis translatiōe decorasti: fac nos q̄s ei⁹ me- ritis ⁊ precibus in sctōr tuor societate trāsferri. Per. Ep'la. Spectaculū facti. vt in cōi plior martyr. fo. v. Gr. Ecce q̄ bonū et q̄ iocūdū: habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentū in capite qđ descendit in barbā: barbā aaron. All'a. ℣. Iusti epulentur et exultent in cōspe- ctu dei: et delectentur in leticia. Seque- tia. Ecce pulchra. vt in cōi plurimorum martyr. fo. vi. Euāge. Ecce ego mitto. vt in cōi vni⁹ apl'i. fo. ij. Offr. Gloriabū- tur in te omnes qui diligūt nomē tuū/ qm̄ tu dn̄e bn̄dices iusto: dn̄e vt scuto bo- ne volūtatis tue coronasti nos. Secret.

Concede q̄s oīps de⁹: vt his mu- neribus que pro sctōrum mar- tyrum tuor crispini ⁊ crispiniani hono- re deferimus. et te placemus exhibitis. et nos viuificemur acceptis. Per domi- nū nr̄m. Alia secreta de sancto iohanne

Respice q̄s dn̄e ppici⁹ ad humili- tatis nostre simplicē seruitutē. et intercedēte btō iohāne cōfessore tuo at- q₃ pōtifice. cuius trāslationē celebram⁹

hostias quas in honore eius sacris alta
ribus immolamus. benignus assume.
Per. Cōio. Et si coram hominibus tor-
menta passi sūt: de9 temptauit eos tāq̄
aurum in fornace probauit eos: ⁊ quasi
olocausta accepit illos. Postcōio.

SAnctoꝝ martyꝝ tuoꝝ crispini
et crispiniani q̄s dn̄e p̄cib9 adiu
uemur: et eoꝝ solēnia sacris mysterijs
celebrātes. fac nos tuo noi semꝑ esse de-
uotos. Per. Alia postcōio de scto iohāne

PResta nobis dn̄e q̄s vti iohis cō
fessoris tui atq̄ pōtificis meritis
et p̄cib9 adiuuari: vt qd̄ p̄sentib9 celebra
mus officijs. eius suffragio ꝑpetue sal-
uatiōis gaudijs assequimur. Per. ¶ In
vigilia aploꝝ symonis et iude. Officiū.

INtret in conspectu tuo domi-
ne gemit9 compeditorum: red
de vicinis nostris septuplum i
sinu eorum: vindica sanguinem sancto-
rum tuorum qui effusus est. ps. Deus
venerunt gentes i hereditatem tuā: pol
luerunt tēplum sanctum tuum: posue-
runt hierusalem i pomorū custodiā. Or

COncede q̄s oīps de9. vt sicut apo
stoloꝝ tuoꝝ symonis ⁊ iude glo
riosa natalicia preuenim9: sic ad tua be
neficia promerēda. maiestatē tuā ꝓ no
bis ipsi preueniant. Per. Epla. Iustorū
aīe. vt i cōi pl'ioꝝ martyꝝ. fo. v. Grad.
Vindica dn̄e sāguinē sctoꝝ tuoꝝ q̄ effu
sus est. V. Posuerūt mortalia seruoꝝ tu
oꝝ escas volatilib9 celi: carnes sctoꝝ tuo
rū bestijs terre. Si hec vigilia in dn̄ica
euenerit. Allā V9. Sancti tui dn̄e flore
būt sicut liliū: ⁊ sicut odor balsami erūt
ante te. Euāge. Ego sū vitis vos palmi
tes. vt in cōi in vigilia vnius apli. fo. i.
Offert. Exultabūt sancti in gloria: leta
buntur in cubilibus suis: exultationes
dei in faucibus eorum. Secreta.

ACcepta tibi sit q̄s dn̄e nr̄e deuo
tionis oblatio: et ad apostolicā
puriores nos faciat ꝑuenire festiuitatē.
Per d. Prefatio quotid. Cōio. Iustorū
aīe in manu dei sūt: et non tanget illos
tormētū malicie: visi sūt oclis insipiētiū
mori: illi autem sunt in pace. Postcōio

QUesum9 dn̄e salutaribus reple
ti mysterijs: vt quoꝝ ieiunando
solennia preuenimus. eoꝝ orationibus
adiuuemur. Per dn̄z nostrū. ¶ In die
apostoloꝝ symonis et iude. Officium.

MIchi autem nimis honora
ti sunt amici tui deus: ni-
mis confortatus est prin-
cipat9 eoꝝ. ps. Dn̄e ꝓbasti
me et cognouisti me: tu cognouisti sessi
onem meam et resurrectionē meā. Oro

DEus q̄ nos ꝑ beatos apostolos
tuos symonē ⁊ iudā ad agnitio
nem tui nois venire tribuisti: da nobis
eoꝝ gloriā sempiternam. et proficiēdo
celebrare. ⁊ celebrando proficere. Per d.
Ad romanos. viij.

FRatres. Scimus quoniā diligē-
tibus deū oīa cooperant̄ i bonū:
his qui scd̄m ꝓpositū vocati sunt sācti.
Nam quos presciuit: et quos p̄destina-
uit cōformes fieri imaginis filij sui. vt
sit ipse primogenitus in multis fratri-
bus. Quos aūt predestinauit/ hos et vo
cauit. Et quos vocauit: hos et iustifica-
uit. Quos autē iustificauit: illos ⁊ ma-
gnificauit. Quid ergo dicemus ad hec?
Si deus ꝓ nobis. quis ꝯtra nos? Qui
etiā ꝓprio filio suo nō pepcit: sed pro no
bis oībus tradidit illū. Quomodo non
etiā cū illo. oīa nobis donauit? Quis
accusabit aduersus electos dei? De9 q̄
iustificat. Quis est q̄ condēnet? Xp̄s ie-
sus q̄ mortuus est imo qui et surrexit. q̄
est ad dexterā dei. q̄ etiā iterpellat ꝓ no
bis. Quis ergo nos separabit a carita-
te xp̄i? Tribulatio an āgustia: an ꝑsecu
tio/ an fames an nuditas/ an ꝑiculū an
gladius? Sicut scriptū est. Quia ꝓpt̄
te mortificamur tota die: estimati su-
mus sicut oues occisionis. Sed i his oī
bus superamus: ꝓpter eū q̄ dilexit nos
Certus sū eni: q2 neq̄ mors/ neq̄ vita/

neqz angeli/neqz principatus/neqz potestates/neqz virtutes/neqz instātia/neqz futura/ neqz fortitudo/ neqz altitudo/ neqz pfundū/neqz creatura alia. poterit nos separare a charitate dei. Que est in xpo iesu: dño nro. Gr. Nimis honorati sūt amici tui de9: nimis cōfortat9 est principat9 eor. V. Dinumerabo eos: et super arenā multiplicabunt. Alla. V. Non vos me elegistis/sed ego vos elegi: et posui vos vt eatis et fructū afferatis et fructus vester maneat. Sequētia de cōi. Euangeliū. Hec mando vobis. vt i cōi vni9 apostoli. fo. i. Credo. Offr. In omnem terram exiuit sonus eorum: z i fines orbis terre verba eorum. Secreta

Gloriam domine sanctorum tuorum apostolorum symonis et iude perpetuam venerantes. quesumus: vt eādem sacris mysterijs expiati. digni us celebrem9. Per dominum nostrum. Prefatio. Et te domie. Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcommunio.

Sanctificato diuino mysterio qs omnipotens deus: vt pro nobis eorum nō desit oratio. quorum nos donasti patrocinio gubernari. Per. ¶ In vigilia omnium sanctorum. Officium.

Timete dñm oms sancti eius: qm nichil deest timētib9 eū: diuites eguerūt et esurierūt. inquirentes autē dominū non deficient oi bono. ps. Benedicā dñm in oi tpe: sēper laus eius in ore meo. Oratio.

Domine deus nr multiplica sup nos gratiā tuā: z sanctor tuor quor preuenimus gloriosa solēnia. tribue subsequi in sctā pfessione leticiam Per dñm. Nulla fiat memoria. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apli. v

In diebus illis. Ego iohēs vidi in medio throni et quattuor aialiū. z in medio senior agnū stantē tanq occisū: habentē cornua septē. z oculos septē q sunt septē spūs dei missi in oēm terrā. Et venit: et accepit de dextera sedētis in throno librū. Et cū apuisset librū: quattuor aialia. z viginti quattuor seniores. ceciderūt corā agno. habētes singuli cytharas et phialas aureas. plenas odoramētor. q sūt oratiōes sctōr. Et cātabāt cāticū nouū dicētes. Dignus es dñe deus nr accipere librū. et aperire signacula eius: qm occisus es. z redemisti nos deo in sanguie tuo. ex oi tribu. z ligua. z populo et natiōe. Et fecisti nos deo nro regnū z sacerdotes: z regnabūt sup terrā Et vidi. et audiui vocē angelor multorū i circuitu throni et aialiū z senior: z erat numer9 eorū milia miliū. voce magna dicētiū. Dign9 est agnus q occisus est accipere vtutē/et diuinitatē/et sapiētiā/et fortitudinē/z honorē/et gliam/z benedictionē: in secula seculor. Gr. Exultabūt scti in gloria: letabunt in cubilibus suis. V. Cātate dño cāticū nouū: laus eius in ecclesia sanctor. Si hec vigilia in dñica euenerat dr missa de vigilia in capitulo cum hoc Alla. V. Mirabilis dñs noster in sctis suis. Et tūc ad magnā missam q erit de dñica fiat memoria de sctō quintino cū hac oratione. Deus q ecclesiā. qre post illud officium Secundum iohannem. xvij.

In illo tpe. Respiciēs iesus in discipulos suos: dixit. Pr sācte: serua eos i noie tuo quos dedisti michi. vt sit vnū sicut z nos. Cū essē cū eis: ego seruabā eos in noie tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: z nēo ex his perijt nisi fili9 pditiōis. vt scriptura impleat. Nūc aūt ad te venio: z hec loquor i mūdo. vt habeāt gaudiū meū ipletū i semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū: z mund9 eos odio habuit. qz nō sunt de mūdo. sicut z ego. nō sū de mūdo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo: sed vt serues eos a malo. De mūdo nō sunt: sicut et ego nō sū de mūdo. scifica eos i veritate: sermo tu9 vitas est. Sicut tu me misisti i mūdū:

⁊ ego misi eos i mūdū. Et ꝓ eis ego scti fico meipsū: vt sint ⁊ ipi scīficati i veri tate. Nō ꝓ his aūt rogo tantū: sed et ꝓ eis q̄ credituri sūt ꝑ verbū illoꝝ i me. vt oēs vnū sint sicut tu pater i me. et ego i te. vt ⁊ ipi i nobis vnum sint. vt credat mūdus qꝛ tu me misisti. Et ego clarita tē quā dedisti michi dedi eis: vt sit vnū sicut ⁊ nos vnū sumus. Ego i eis. ⁊ tu i me: vt sint cōsūmati in vnū. Et cogno scat mūdus qꝛ tu me misisti: et dilexisti eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater: quos de disti michi volo vt vbi sū ego: ⁊ illi sint mecū. vt videāt claritatē meā quā dedi sti michi. qꝛ dilexisti me ante mūdi ꝯsti tutionē. Pater iuste: mūd⁹ te nō cogno uit. ego autē te cognoui. Et hi cognoue runt qꝛ tu me misisti: ⁊ notū feci eis no mē tuū. ⁊ notū faciā. Vt dilectio qua di lexisti me in ipsis sit: ⁊ ego in eis. Offeꝛ. Letamini in domino ⁊ exultate iusti: ⁊ gloꝛiamini omnes recti coꝛde. Secreta

Altare tuū dn̄e munerib⁹ cumu lamus oblatis: da q̄s vt ad salu tē nr̄am oīm sctōꝝ tuoꝝ p̄catiōe ꝓfi ciant. quoꝝū solennia ventura p̄curri mus. Per. Cōio. Iustoꝛū aīe in manu dei sunt: et non tanget illos toꝛmētum malicie: visi sunt oculis insipientiū mo ri: illi autem sunt in pace. Postcōio.

Sacramētis dn̄e ⁊ gaudijs optate celebꝛitatis expletis q̄s: vt eoꝛū p̄cibus adiuuemur. quoꝝ recoꝛdatio nibus exhibentur. Per dn̄m nostrum.

De sancto quintino martyꝛe. Oꝛatio

Deus qui ecclesiā tuā annua bti quītini martyꝛis tui solēnitate clarificas. concede ꝓpicius: vt qui me moꝛiam illius digna seruitute venera mur. intercessoꝛem eum semper apud te habere mereamur. Per d. Secreta.

In veneratione bti quintini mar tyꝛis tui oṗs deus. tibi laudis ho stiam immolamus oꝛantes: vt ipse ꝓ no bis intercessoꝛ existat. qui ꝓ tuo nomine gloꝛiosa moꝛte occubuit. Per. Postcōio

Percipiat dn̄e q̄s plebs tua. interce dēte beato quintino martyꝛe tuo misericoꝛdiā quā deposcit: vt sēper tuis digna inueniat sacramētis. Per dn̄m.

In die omniū sanctoꝛum. Officiū.

Gaudeam⁹ oēs i dn̄o diē fe stū celebꝛantes sub honoꝛe oīm sanctoꝝ/ de quoꝝ solē nitate gaudēt angeli/ ⁊ col laudāt filium dei. Ps. Exultate iusti in dn̄o: rectos decet collaudatio. Oꝛatio.

Omnipotēs sēpiterne deus. qui nos om nium sanctoꝛum merita sub vna tribuisti celebꝛitate venerari. quesum⁹: vt desideratam nobis tue ꝓpiciatio nis abundantiam multiplicatis inter cessoꝛibus largiaris. Per dominū nr̄m

Lctō libꝛi apocalipsis bti iohis apli. vij

Ecce ego iohēs vidi alterū angelū ascēdentē ab oꝛtu solis: habētem signum dei viui. Et clamauit voce ma gna quattuoꝛ angelis: q̄b⁹ datū est no cere terre et mari. dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari. neq̄ arboꝛib⁹: quoadusq̄ signemus seruos dei nostri in frōtibus eoꝝ. Et audiui numerū signatoꝛū: cen tū quadꝛaginta q̄ttuoꝛ milia signati. ex oī tribu filioꝛū israel. Ex tribu iuda: duodeci milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu asser: duodeci milia signati. Ex tribu neptali duodeci milia signati. Ex tribu manas se: duodecim milia signati. Ex tribu sy meon: duodeci milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tri bu zabulon: duodeci milia signati. Ex tribu ioseph: duodeci milia signati. Ex tribu beniamin: duodeci milia signati. Post hec vidi turbā magnā quā dinu merare nemo poterat ex oībus gentib⁹ ⁊ tribub⁹ ⁊ populis ⁊ linguis stātes an te thꝛonū: ⁊ in cōspectu agni amicti sto lis albis. ⁊ palme i manib⁹ eoꝝ. Et cla mabāt voce magna dicētes. Salus deo

nostro: qui sedet sup thronū ꝛ agno. Et oēs angeli stabāt in circuitu throni ꝛ se nior̄ ꝛ quattuor aialiū. Et ceciderūt in conspectu throni in facies suas: et adora uerūt deum. dicētes amen. Benedictio/ et claritas/ et sapiētia/ et gratiarū actio: ho nor et virtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorū amē. Gr. Timete dn̄m oēs sācti eius: qm̄ nichil deest timētibus eum. V. Inquirentes autē dn̄m: non deficiēt omni bono. Alla. V. Iudicabūt scti natiōes/ et dn̄abunt ppl̄is: et regna bit illorum rex ineternū. Sequentia.

Christo inclyto cādida: nr̄a canāt melodiā agmina. Laudes oib' dantia sāctis: p hec sacrata festalia. Ma riam primū z vox sonet nostra: p quā no bis vite sunt data premia. Regina q̄ es mater ꝛ casta: solue nr̄a p filiū peccami na. Angelor̄ concio sacra: et archāgelo rū turma inclyta. Nostra diluāt iā pec cata: prestādo supera celi gaudia. Tu p pheta preco lucerna: atq̄ plus q̄ ppheta In lucida nos pone via: mūdās nostra corpora. Apostolorū princeps: atq̄ cūcta iuncta caterua. Iā corroborā vera ihs i. doctrina plebis pectora. Stephani glo riose rutilās in corona: sctōr̄ q̄ martyr̄ turma inclyta. Fortia date corda ꝛ corpo ra eque firma sacra: vt hostē vincāt rite spicula. Martine inclyte: presulūq̄ ois caterua. Suscipe nūc pia modo: nr̄a cle mēs precata. Regina virginū premari ma: tu mater incorrupta virgo et grauida. Sacrata dn̄o et castitas: nr̄as ser ua aias mūdaq̄ corpora. Monachor̄ ve nerāda suffragia. Omnq̄ sāctor̄ contu bernia. Per precata assidua: nr̄a guber nēt tēpora. Nosq̄ ducāt ad supna: polo rum vera gaudia. Subiungunt pium agmina: amen redēpta. Euangeliū. Vi dens turbas iesus. vt in cōi pl'ior̄ mar tyrum.fo.vi. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtu tem et fortitudinem plebi sue: benedi ctus deus alleluya. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuo tionis offerimus: q̄ et pro cūcto rum tibi grata sint honore sanctorū: et nobis salutaria te miserante reddātur. Per dn̄m nostrum. Prefatio quotidia na. Cōio. Gaudete iusti i dn̄o alleluya: rectos decet collaudatio alla. Postcōio.

Da q̄s dn̄e fidelib' populis. p hu ius sacramēti participatiōe oiū sctōr̄ tuor̄ semp veneratiōe letari: ꝛ eo rū ppetua supplicatiōe muniri. Per d.

¶ In cōmemoratiōe animarū. Offi.

Requiē eternā dona eis do mine: et lux ppetua luceat eis. Ps. Te decet hymn' de us in syon: ꝛ tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi oratione meam ad te omnis caro veniet. Oratio

Fideliū de' oim conditor et redē ptor aiabus oim fidelium defun ctor̄ remissionē cunctor̄ tribue pctōr̄: vt indulgentiā quam semp optauerūt. piis supplicationib' ꝯsequant. Qui cū deo patre ꝛ spū sctō vi. Nulla fiat me mo ria ad [illegible] l3 corp' presēs affuerit.

¶ Lectio ep̄le beati pauli apostoli. Ad thessalonicenses. I.iiij.

Fratres. Nolumus vos ignorare de dormientibus: vt non contri stemini. sicut et ceteri qui spem non ha bent. Si enim credimus q̄ iesus mor tuus est et resurrexit: ita ꝛ deus eos qui dormierunt per iesum. adducet cum eo Hoc enim vobis dicimus in verbo do mini: quia nos q̄ viuim'. qui residui su mus. in aduētu dn̄i nō preueniem' eos q̄ dormierūt. Qm̄ ipse dn̄s in iussu ꝛ in voce archāgeli et in tuba dei descendet de celo: ꝛ mortui q̄ in xp̄o sunt resurgēt primi. Deinde nos q̄ viuim' q̄ relinqui mur: simul rapiemur cum illis in nubi bus obuiā xp̄o i aera. et sic semper cum dn̄o erimus. Itaq̄ ꝯsolamini inuicē: in verbis istis. ¶ Et legatur i pulpito. Qua lecta tres clerici de secunda forma habitu non mutato ibidem dicant. Gr.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. V. Anime eorū in bonis demorentur: et semen eorum hereditet terram. Tractus.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intendētes: in orationē serui tui. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe qs sustinebit. Quia apud te ppiciatio est: et ppter legem tuam sustinui te domine. Et dr cū eodē cantu quo in dñica. lxx. et dr a quattuor clericis de superiori gradu ad gradū chori: habitu non mutato: et interim procedat diaconus cū subdiaco. et cerofer. et thur. sine cruce ad pnūciandū euangeliū. Secundum iohannem. xi.

In illo tpe. Dixit martha ad iesū Dñe/si fuisses hic: frater me9 nō fuisset mortuus. Sed et nūc scio: qz quecunqz poposceris a deo. dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tu9. Dicit ei martha. Scio. qz resurget i resurrectiōe: in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sū resurrectio: et vita. Qui credit i me: etiā si mortuus fuerit viuet. Et oīs q viuit et credit in me: nō morieř ineternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqz domine Ego credidi qz tu es xp̄s filius dei: q in hunc mundū venisti. Et legař in pulpito more dñicali. Non dr Credo. Offerř.

O pie deus qui primū hoīem ad eternā gloriam reuocasti: pastor bone q ouē perditā pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dū veneris iudicare libera de morte animas eorum quas redemisti: ne tradas bestijs animas confitentes tibi: ne derelinquas eas in finem. Non dicitur Hostias et preces. neqz V. Requiē eternam. Secreta.

Hostias qs dñe quas tibi p aiab9 hoīm fideliū defunctoꝝ offerimus ppiciatus intende: vt quibus fidei christiane meritū cōtulisti. dones et premiū. Per. Cōio. Pro quoꝝ memoria corpus christi sumitur dona eis dñe requiē sempiternā. V. Et lux perpetua luceat eis. Pro quoꝝ memoria sanguis xp̄i sumiř dona eis dñe requiē sēpiternā. Postcōio.

Animabus qs dñe oīm fidelium defunctoꝝ oratio pficiat supplicātium: vt eas et a pctis oībus eruas. et tue redemptiōis facias esse participes. Qui cū deo patre i vnitate sp̄us sancti.

Si hec cōmemoratio in dñica contigerit: differař in crastinū: et fiat totū seruitiū de dñica: et tūc fiat mēoria de martyribus eustachio socijsqz eius. Oratio.

Da nobis qs dñe scōꝝ martyꝝ tuoꝝ eustachij sociorumqz eius intercessione leticiam et pacē: vt quorū gaudemus triūphis. protegamur subsidijs. Per dominū nostrum. Secreta.

Assume qs oīps de9 in honore sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ eustachij sociorūqz ei9 hec tibi oblata libamina: quorū pia supplicatiōe placat9. et preteritorū veniam. et futurorum nobis cautelā prebeas delictorū. Per. Postcōmunio.

Sumpsimus domine diuina mysteria beatorū martyrū tuorum eustachij sociorumqz eius merita venerātes. presta quesumus: vt eorum semper et fideli muniamur auxilio. et magnifico proficiamus exemplo. Per dñm nostrum.

Sācte wenefride virginis et martyris. Officium.

Loquebar de testimonijs tuis i ꝯspectu regū et nō ꝯfundebar: et meditabar i mādatis tuis q dilexi nimis. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oratio.

Exaudi nos de9 salutaris noster: vt sicut de beate wenefrede virginis et martyris tue festiuitate gaudemus. ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per. Epla. Sapientia laudabit. vt in cōi vnius virginis et martyris. fo. xi. Grad. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinē et iusticiā: et deducet te mirabiliter dextra tua. Alla. V. Diffusa est gratia i labijs

tuis: propterea benedixit te deus ineter
nū. Sequentia. Exultemus in hac die.
vt in cōi vni⁹ virginis et martyris. fol.
xij. Euangeliū. Simile est regnū celoꝝ
thesauro. vt in cōi vni⁹ virginis ⁊ mar
tyris. fo. xij. Offer. Offerentur regi vir
gines post eam: proxime eius offerētur
tibi in leticia et exultatione: adducētur
in templum regi domino. Secreta.
Hostias dn̄e quas tibi offerim⁹ p
picius respice: et intercedēte bea
ta wenefreda virgine tua et martyre.
vincula peccatorū nostrorum absolue.
Per dn̄m. Cōio. Feci iudiciū et iusticiā
domine nō calūnientur michi superbi:
ad omnia mandata tua dirigebar: oēm
viā iniq̄tatis odio habui. Postcōio.
Placeant tibi q̄s misericors de⁹
nostre seruitutis obseq̄a: vt my
steria sacrosancta que sumpsim⁹: inter
cedente beata wenefreda virgine tua et
martyre. et tuā gratiā nobis cōciliēt. ⁊
eterne felicitatis gaudiū subministrēt.
Per. ¶ Scti leonardi abbatis. Offm̄.
Os iusti meditabit̄ sapientiā/ ⁊
lingua eius loquetur iudiciū:
lex dei eius in corde ipsius. ps.
Noli emulari in malignātibus: neq̄ ze
laueris facientes iniquitatem. Oratio.
Preces nr̄as q̄s dn̄e celesti dono
psequere: vt q̄ de beati leonardi
confessoris tui atq̄ abbatis patrocinijs
gloriamur. eius meritis atq̄ suffragijs
apud te semꝑ adiuuari mereamur. Per
Epl'a. Justus cor suū. vt in cōi vni⁹ con
fessoris ⁊ abbatis. fo. x. Gr. Os iusti me
ditabit̄ sapiētiā: ⁊ ligua ei⁹ loq̄t̄ iudici
um. ℣. Lex dei ei⁹ i corde ipsi⁹: et nō sup
plantabunt̄ gressus ei⁹. Alla. ℣. Posui
adiutoriū sup potētē: et exaltaui electū
de plebe mea. Sequētia. Adest nobis. vt
in cōi vnius confessoris. fo. ix. Euange.
Nemo accendit. vt in cōi vni⁹ cōfessoris
et abbatis. fol. x. Offer. Ueritas mea et
misericordia mea cum ipso: et in nomie
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe dn̄e munera tue pietati
humiliter imolanda. et concede:
vt nobis sancti leonardi confessoris tui
atq̄ abbatis intercessione fiant saluta
ria: cuius natalicijs ea tibi speram⁹ ac
cepta. Per dominum nostrū. Cōio. Fi
delis seruus et prudens quem cōstituit
dn̄s super familiam suam: vt det illis i
tempore tritici mensuram. Postcōio.
Purificet nos dn̄e q̄s tui perce
ptio sacramenti: et que pro beati
leonardi cōfessoris tui atq̄ abbatis ve
neranda solēnitate gerimus. eius nobis
patrocinantibus meritis. ad indulgen
tiam prosint eternam. Per dn̄m nostrū
¶ Sctoꝝ q̄ttuor coronatorꝝ mar. Offm̄.
Intret in conspectu tuo dn̄e ge
mitus compeditorum: redde vi
cinis nostris septuplum i sinu
eorum: vindica sanguinem sanctorum
tuorum qui effusus est. ps. Deus vene
runt gentes i hereditatē tuā: polluerūt
templum sanctū tuum: posuerūt hieru
salem in pomorum custodiam. Oratio
Presta quesumus omnipotēs de
us: vt qui gloriosos martyres tu
os/ claudiū/ nichostratū/ simphorianū
castorium atq̄ simplicium fortes i sua
confessione cognouimus. pios apud te i
nostra intercessione sentiamus. Per d̄.
Epl'a. Justorum aie. vt in cōi plurimo
rum martyrum. fo. v. Gr. Uindica do
mine sanguinē sanctoꝝ tuoꝝ qui effus⁹
est. ℣. Posuerunt mortalia seruorū tuo
rum escas volatilibus celi: carnes scto
rum tuorum bestijs terre. Alla. ℣. Mi
rabilis dominus noster in sanctis suis.
Euāgeliū. Cū audieritis. vt in cōi pl'io
rū mar. fo. vij. Offer. Exultabūt scti in
gloria: letabunt̄ in cubilib⁹ suis: exulta
tiones dei in faucibus eorꝝ. Secreta.
Benedictio tua quesumus domi
ne larga descendat: que et mune
ra nostra deprecantibus sanctis marty
rib⁹ tuis/ claudio/ nichostrato/ sympho
riano/ castorio atq̄ siplicio tibi reddat

accepta. et nobis sacramentum redem-
ptionis efficiat. Per dñm. Cōio. Posue
runt mortalia seruorū tuorū dñe escas
volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū
bestijs terre: scd'z magnitudinē brachij
tui posside filios morte punitorum. Pꝰcōio

C Elestibus refecti sacramentis et gaudijs supplices te dñe deprecamur: vt quorum gaudemꝰ triumphis ptegamur auxilijs. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum.

Sancti theodori martyris. Officiū.

I N virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium aīe eius tribuisti ei. Ps. Quoniam preuenisti eum in benedictionibꝰ dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio.

D Eus q̄ nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circundas et protegis: presta nobis eiꝰ imitatione pficere. et oratione fulciri. Per. Epistola. Beatus vir qui in sapientia: vt in communi vnius martyris. fo. iiij. Grad. Beatus vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. Vꝰ. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluya. Vsus. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Euāgelium. Si quis vult post me venire. vt in communi vnius martyris. fol. iiij. Offert. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum domine. Secreta.

M Uneribus oblatis domine beati theodori martyris tui festa venerantes. quesumus: vt qui cōscientie nostre prepedimur obstaculis. illius meritis reddamur accepti. Per dominum. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorē impones super eum domine. Postcōio.

S Ancta tua nos dñe sumpta purificent: et intercedēte beato theodoro martyre tuo. ad perpetue beatitudinis consortiū introducant. Per dominum nostrum. ¶ Sancti martini episcopi et confessoris. Officium.

S Tatuit ei dominus testamentum pacis / et principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Oratio.

D Eus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus. concede ppicius: vt intercessione bti martini confessoris tui atq3 pontificis. contra omnia aduersa muniamur. Per dñm. Memoria de scō mēna martyre. ¶ fo

P Resta q̄s oīps deus: vt qui beati mēne martyris tui natalicia colimus. intercessione eius i tui nominis amore roboremur. Epla. Ecce sacerdos magnus. vt in cōi vnius confessoris. fo. viij. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eiꝰ coronā de lapide precioso. V. Vitā petijt et tribuisti ei: lōgitudinem dierum in seculum seculi. Alla. Vsꝰ. Hic martinus paup et modicus celum diues ingreditur: hymnis celestibus honoratur. Sequētia

S Acerdotem xpi martinū: cuncta per orbē canat ecclesia: pacis catholice. Atq3 illius nomē oīs hereticus fugiat pallidus. Pannonia letetur genitrix talis filij. Italia exultet altrix tāti iuuenis. Et gallie trina diuisio: sacro certet litigio: cuiꝰ esse debeat presul. Sed pariter habere: se patrē oēs gaudeant turoni: soli eiꝰ corpus foueāt. Huic francorum / atq3 germane plebs: oīs plaudat. Quibus videndum: insperit dñm in sua veste. Hic celebris est egypti partibus: grecie quoq3 cūctis sapientibus. Qui impares se martini meritis sentiunt: atq3 eiꝰ medicamini. Nam febres sedat: demonesq3 fugat: paralytica mēbra glutinat. Et mortuorum sua precatrium reddit corpora: vite pristine. Hic ritus sacrilegos destruit: z ad xpi glori-

am: dat ignib⁹ idola. Hic nudis myste
ria brachijs: conficiens preditus est cele
sti lumine. Hic oculis ac manibus in ce
lum: ꝛ totis viribus suspensis: terrena
cuncta respuit. Eius ori nunq̃ xp̄s ab-
fuit siue iusticia: vel quicquid ad veram
vitã pertinet. Igitur te cuncti poscim⁹
o martine: vt qui multa mira hic osten
disti. Etiã de celo gratiã xp̄i: nobis sup-
plicatu tuo semper infundas. Euangeli
um. Homo quidã peregre. vt in cõi vni
us confessoris. fo. ix. Offer. Ueritas mea
et misericordia mea cum ipo: et in noie
meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

DEus qui omne bonum in tui sa
cri corporis mysterio cõtineri vo
luisti. concede propicius: vt hoc munus
quod in beati martini cõfessoris tui at-
q̃ʒ pontificis veneratione tibi offerim⁹.
ipso intercedente nobis proficere sentia-
mus. Per dominum nostrum iesũ xp̄ʒ.
Alia secreta de sancto menna martyre.

SAcrificia ista tibi vero eternoq̃ʒ
pontifici oblata dñe tu sãctifica:
et interueniente beato menna martyre
tuo. ita nos fac quesumus hec tractare
mysteria. vt ipsi tibi et templũ et hostia
placabilis esse mereamur. Qui viuis ꝛ
regnas. Cõio. Beatus seruus quem cũ
venerit dominus inuenerit vigilãtem:
amen dico vobis super omnia bona sua
constituet eum. Postcommunio.

AUxiliare quesumus domine po
pulo tuo. vt sacramẽtorum tuo
rum virtute proficiens. intercedẽte bea
to martino confessore tuo atq̃ʒ põtifice:
et tuo semper munere gubernetur. ꝛ ad
redemptionis eterne pertineat te ducen
te cõsortium. Per dominum nostrum.
Alia postcõio de sancto mẽna martyre.

HEc in nobis quesum⁹ dñe gratia
tua semp exerceat: vt diuinis in-
stauret corda nostra mysterijs. et beati
menne martyris tui festiuitate letificet
¶ Quotidie per oct. dicitur eadem mis
sa/ sed sine sequentia: nisi festum inter-
currat: ꝛ nisi in dñica: vel quando dice-
tur de sancta maria: vel missa Salus po
puli. restat cantanda. ¶ Sancti bricij
episcopi et confessoris. Officium

SAcerdotes dei benedicite domi
num: sancti et humiles corde
laudate deum. Ps. Benedicite
omnia opera domini domino: laudate
et superexaltate eum in secula. Oratio.

COnserua quesum⁹ dñe populuʒ
tuum intercessione beati bricij cõ
fessoris tui atq̃ʒ pontificis in tuo amore
confisum: vt mereamur ipso intercedẽ-
te consortes fieri celestium gaudiorum.
Per d. Memoria de scõ martino vt s. Epla
Iustũ deduxit. vt in cõi vni⁹ cõfessoris
fo. viij. Gr. Ecce sacerdos magnus qui
in diebus suis placuit deo. V⁹. Non est
inuentus similis illi: qui cõseruaret le
gem excelsi. Alleluya. V. Amauit eũ do-
minus et ornauit eũ: stola glorie induit
eũ. Si dñica fuerit dr̃ sequentia de cõi
vni⁹ cõfessoris. fo. ix. Euãgeliũ. Hõ qdã
nobilis. vt in cõi vni⁹ martyris et põti
ficis. fo. v. Offer. Inueni dauid seruuʒ
meum/ et in oleo sãcto vnxi eum: man⁹
enim mea auxiliabitur ei/ et brachium
meum confortabit eum. Secreta

SAncti bricij ꝯfessoris tui atq̃ʒ põ
tificis domine quesumus annua
solennitas pietati tue nos reddat acce-
ptos: vt per hec pie oblationis officia. se
culi presentis miserias euadam⁹. ꝛ gra
tie tue beneficia consequamur. Per do-
minum nostrũ. Cõio. Fidelis seruus et
prudens quem constituit dominus su-
per familiam suam: vt det illis in tem-
pore tritici mensuram. Postcõmunio.

MIsterijs refecti diuinis domine
deus noster. quesumus: vt beati
bricij confessoris tui atq̃ʒ põtificis. vbi-
q̃ʒ intercessione nos protegas. in cuius
annua veneratione hec tibi obtulimus
sacramenta. Per dominum nostrum ie
sum christum filium tuum. ¶ Sancti
machuti episcopi et confessoris. Offm.

S Tatuit ei dñs testamẽtum pa-
cis/ et principẽ fecit eũ: vt sit illi
sacerdotij dignitas ineternũ. ps.
Misericordias dñi: ineternũ cãtabo. Or.
O Mñs sẽpiterne de⁹ ppli tui preces
exaudi: q̃ btm machutũ cõfessorẽ
tuũ atq; põtificẽ virtutis gr̃a decorasti
et eũ hodie i celesti glia suscepisti. Per.
Meoria de sctõ martino. Epla. Ecce sa-
cerdos magn⁹. vt in cõi vnius confesso-
ris. fo. viij. Gr. Inueni dauid seruum
meũ/ oleo sctõ vnxi eũ: manus eni mea
auxiliabit ei: et brachiũ meũ cõfortabit
eũ. V. Nichil proficiet inimicus in eo: et
filius iniq̃tatis nõ nocebit eũ. Alla. V⁹.
Iustus germinabit sicut liliũ: et florebit
ineternũ ãte dñm. Sequẽtia de cõi vni-
us cõfessoris. fo. ix. Euãgeliũ. Hõ q̃dam
nobilis. vt in cõi vni⁹ martyris et pon-
tificis. fo. v. Offr. Ueritas mea et mise-
ricordia mea cũ ipso: et in nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.
O Blatiões nostras q̃s dñe ppicia-
tus intende: quas tibi in honore
beati machuti confessoris tui atq; pon-
tificis consecrandas deferimus. precan-
tes: vt ipsius meritis et intercessiõe pec-
catorum oim que negligenter gessim⁹.
te propiciante veniam consequi merea-
mur. Per dominum nostrum ic. Cõio.
Beat⁹ seruus quẽ cũ venerit dñs inue-
nerit vigilantẽ: amẽ dico vobis sup oia bo-
na sua constituet eum. Postcõmunio.
Q Uos donis celestibus dñe satia-
sti. sancti macuthi cõfessoris tui
atq; põtificis benignus attolle presidi-
is: vt a noxijs oĩb⁹ expediti. post salu-
taria tua. toto corde curramus. Per do-
minum nostrum iesum christum filiũ.
¶ Sancti edmundi archiepi. Officiũ.
G Audeam⁹ oẽs i dño diẽ fe-
stũ celebrantes sub honore
edmundi presulis: de cui⁹
solẽnitate gaudent angeli
et collaudãt filium dei. ps. Exultate iu-
sti in dño: rectos decet collaudatio. Or.
D Eus qui largiflue bonitatis gl'i-
lio ecclesiã tuã beati edmũdi cõ-
fessoris tui atq; pontificis preclare vite
meritis decorasti. et gloriosis letificasti
miraculis. cõcede ppicius nobis famu-
lis tuis: vt et ipsi⁹ i meli⁹ reformemur
exẽplis. et ab oĩbus eius patrocinio pte-
gamur aduersis. Per. Memoria de sã-
cto martino. Epla. Ecce sacerdos mag-
nus q̃ in vita. vt in cõi vnius cõfessoris
fo. viij. Gr. Dñe preuenisti eum i bene-
dictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite
eius coronam de lapide precioso. V. Vi-
tam petijt et tribuisti ei: longitudinem
dierum in seculum seculi. Alla. V⁹. Hic
edmũdus pauper et modicus celum di-
ues ingreditur: hymnis celestib⁹ hono-
ratur. Sequentia. Alma cohors. vt in
cõi vnius confessoris. fo. ix. Euangeliũ.
Homo quidã peregre. vt in cõi vni⁹ cõ-
fessoris. fo. ix. Offr. Ueritas mea et mi-
sericordia mea cum ipso: et in noĩe meo
exaltabitur cornu eius. Secreta
B Eati edmũdi cõfessoris tui atq;
põtificis q̃s dñe precib⁹ munera
tibi offerenda complaceãt: et oblata no-
bis proficiant ad salutem. Per. Cõio.
Beatus seruus quem cũ venerit dñs in-
uenerit vigilantem: amen dico vobis su-
per oia bona sua cõstituet eũ. Postcõia
M Entes nostras q̃s dñe susceptis
rob ora sacramentis: vt sicut eas
beati edmundi confessoris tui atq; pon-
tificis. nouis dignatus es cõfortare mi-
raculis. sic etiã iuuare suffragijs. et illu-
strare digneris exemplis. Per dominũ.
¶ Scti hugonis epi et cõfessoris. Offm.
S Tatuit ei dñs testamẽtũ pacis:
et principẽ fecit eũ: vt sit illi sa-
cerdotij dignitas ineternũ. ps.
Mias dñi: ineternum cantabo. Or.
D Eus q̃ beatũ hugonẽ confessorẽ
tuũ atq; põtificẽ eminẽtia me-
ritorũ et claritate signorũ excellẽter orna-
sti. cõcede ppicius: vt eius exempla nos
prouocent et virtutes illustrent. Per.

Meoria de sctō aniano ꝯfessore. Oratio

Deus qui sanctā nobis hui⁹ diei celebritatē ꝓ beati aniani cōfessoris tui atq₃ pōtificis solēnitate tribuisti. adesto familie tue precibus et da: vt cuius hodie festa celebramus. eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Memoria de sācto martino vt supra. Epla. Dilectus deo. vt in cōi vnius ꝯfessoris fo. viij. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. ℣. Uitā petijt et tribuisti ei: longitudinē dierū i seculum seculi. Alleluya. ℣. Justus germinabit sicut liliū: et florebit ineternū ante dominum. Sequentia. Adest nobis dies alma. vt in cōi vnius ꝯfessoris fol. ix. Euangelium. Uidete vigilate: vt i cōi vni⁹ ꝯfessoris. fo. ix. Offr. Ueritas mea ꝛ mīa mea cū ipso: ꝛ i noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Oblata tibi munera q̄s dñe beat⁹ hugo confessor tuus ꝛ pontifex ꝓsequatur: et meritis eius adiuti. per ea gratiam et gloriam cōsequamur. Per.

Alia secreta de sancto aniano.

Preces nostras quesumus domine propiciatus admitte: et dicatū tibi sacrificium beati aniani confessoris tui atq₃ pontificis commendet oratio. Alia secreta de sctō martino. vt s̄. Cōio Beat⁹ seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oīa bona sua constituet eum. Postcōmunio.

Nostre seruitutis obsequia quesumus dñe deus beat⁹ hugo cōfessor tuus et pontifex tibi reddat accepta: ne sacramenti celestis effectum. reat⁹ nostri. a nobis excludat. Per.

Alia postcommunio de sancto aniano.

Omīps et misericors de⁹. q̄ nos sacramentor tuorū participes efficis ac ministros. presta q̄s: vt intercedēte beato aniano confessore tuo atq₃ pontifice. ꝛ fidei proficiamus augmento. et beatitudinis eius iungamur consortio

Alia postcōio de sctō martino: vt supra.

¶ In oct. sancti martini. Officium.

Statuit ei dñs testamētum pacis/ ꝛ principē fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. ℣. Misericordias dñi: ineternū cātabo. Or.

Adesto de quesumus omnipotēs deus: vt beati martini cōfessoris tui atq₃ pontificis frequentata solennitas. ad perpetuam populo tuo proficiat salutem. et quem sepius veneramur in terris. semper habeamus patronum in celis. Per dominū. Epla. Ecce sacerdos magnus. vt in cōi vnius cōfessoris. fo. viij. Gr. Dñe preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam petijt et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum seculi. Alla. ℣. Hic martinus pauper ꝛ modicus celum diues ingreditur: hymnis celestib⁹ honoratur. Euāgelium. Homo quidā peregre. vt in communi vnius confessoris. fo. ix. Offert. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Hec oblatio dñe q̄s quā iterata sācti martini cōfessoris tui atq₃ pōtificis festiuitate offerimus tue maiestati: ꝓsit nobis ad indulgentiā. vt ꝑ eam a nostris liberemur peccatis. ꝛ sacris altaribus astare digni efficiamur. Per dominum nostrum. Cōio. Beat⁹ seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: amen dico vobis super oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Sacramenta domine quesumus que sumpsimus beato martino confessore tuo atq₃ pōtifice intercedēte. ab omni nos aduersitate defendant: et perpetua prosperitate sibi soli seruire cōcedant. Per dominum nostrum iesum.

¶ Si iste octa. in dominica vel in sabbato contigerint: fiat de eis memoria ad missam absq₃ missa in capitulo.

¶ Scti edmundi regis et mar. Offi.

G Loria et honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

D Eus ineffabilis mie q̄ btissimū regē edmūdū tribuisti pro tuo noie inimicū moriendo vincere. concede ppicius familie tue: vt eo interueniēte mereak in se antiqui hostis incitamēta superādo extinguere. Per. Epla. Beat⁹ vir qui inuentus. vt in cōi vni⁹ mark. fo. iij. Gr. Posuisti dn̄e sup caput eius: coronā de lapide precioso. V. Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labior ei⁹ non fraudasti eū. Alla. V. Letabik iust⁹ in dn̄o et sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Sequētia. Organi cis. vt in cōi vni⁹ mark. fo. iij. Euange. Si quis venit ad me. vt in cōi vni⁹ mar tyr. fo. iiij. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum dn̄e. Secreta.

H Oc sacrificiū redemptiōis nostre q̄s omps deus clementer respice et intercedente beato edmundo rege et martyre tuo. pro hac familia tua placatus assume. Per dominum nostrum. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriā et magnū decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

S Int tibi ops deus grata nr̄e seruitutis obsequia: et hec sctā q̄ sumpsimus. intercedēte beato edmundo rege et martyre tuo prosint nobis ad capescenda premia vite ppetue. Per. C Scē cecilie virginis et martyris. Officiū

L Oquebar de testimonijs tuis i cōspectu regū & nō cōfundebar: et meditabar i mādatis tuis q̄ dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Oratio.

D Eus q̄ nos ānua btē cecilie vginis tue & martyris solēnitate letificas: da vt quam veneramur officio. etiā pie cōuersatiōis sequamur exēplo.

Per. Epla. Dn̄e deus. vt in cōi vni⁹ virginis et mark. fo. xi. Gr. Audi filia & vide et iclina aurē tuā q̄r cōcupiuit rex speciē tuā. V. Specie tua et pulchritudine tua: itēde pspere pcede et regna. Alla. V. Veni electa mea et ponā i te thronū meum: q̄r cōcupiuit rex speciē tuā. Seq. Exultemus. vt i cōi huius virgis et mark. fo. xij. Euāge. Sile est regnū celor the. vt in cōi vnius virginis et mark. fo. xij. Offr. Offerentur regi vgines post eā: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

P Resta q̄s ops et misericors de⁹: vt sicut diuina offerim⁹ i scte cecilie virginis tue et martyris solēnitate sacramēta. sic idulgētie tue largitatē. pijs ei⁹ precib⁹ assequamur. Per. Cōio Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non cōfundar. Postcōio.

S Acramētor tuor dn̄e participes effecti imploramus clementiam tuā: vt btē cecilie vgis tue & martyris interuētu. pctōr nror veniā cōseq̄ mereamur. p. C Scti clemētis [redacted] & m. offici.

D Icit dn̄s sermones mei quos dedi in os tuū nō deficient de ore tuo: adest enī nomē tuū: & munera tua accepta erunt super altare meum. Ps. Domine exaudi orationē meam: et clamor me⁹ ad te veniat. Or.

D Eus q̄ nos annua beati clemētis martyris tui atq̄ pontificis solēnitate letificas. concede ppicius: vt cuius natalicia colimus. virtutē quoq̄ passionis imitemur. Per dn̄m. Memoria de sancta felicitate virgine. Oratio.

P Resta q̄s ops de⁹: vt beate felicitatis martyris tue solēnia recensentes. meritis ipsius protegamur & precibus. Ad philippenses. iiij.

F Ratres. Rogo vos carissimi & desideratissimi: gaudiū meū et corona mea. sic state in dn̄o carissimi. Rogo euchodiā et synthicē deprecor: idipsū

sapere in dño. Etiā rogo te germane cō par adiuua illas q̄ mecū laborauerūt i euāgelio cū clemēte: et ceteris adiutoribus meis. Quor nōia sunt: in libro vite. Gr. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es sacerdos in eternū scdm ordinem melchisedech. ℣. Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Alla. ℣. Iste sanct⁹ digne i memoriā vertit hoīm: q̄ ad gaudia transijt angelor. Sequētia Organicis. vt i cōi vni⁹ mart. fo. iij. Euāgel. Hō qdā nobilis. vt in cōi vni⁹ martyris et pontificis. fo. v. Offer. Inueni dauid seruum meum / et in oleo sctō vnxi eum: manus enim mea auxiliabit ei: ꝛ brachiū meū cōfortabit eum. Secreta

Pro passione beati clemētis martyris tui atq̄ pōtificis gratāter tibi dñe munus offerimus: q͛ sicut eum sentimus in te viuere gloriosum. sic pro nobis interuenire confidimus. Per dominū. Alia secreta de sancta felicitate.

Munera tibi dñe p̄ sctē felicitatis gloriosa solēnitate deferim⁹ obsecrantes: vt q̄ nobis huius celebritatis effectū. et cōfessione dedicauit et sanguine. miserationis tue continuū implorēt auxilium. Cōio Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilātem: amē dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōmunio.

Purificent nos dñe quesumus. et diuini perceptio sacramenti: et gloriosa deprecatio beati clemētis martyris tui atq̄ pontificis. Per dñm nrm Alia postcōmunio de sancta felicitate.

Hec domine sacramenta sumētes quesumus: vt intercedēte btā felicitate martyre tua. vite eterne i nobis nutriāt alimēta Per. ¶ Sācti grisogoni martyris. Officium.

Gloria et honore coronasti eū: ꝛ constituisti eū super opera manuum tuarum. Ps. Domine dominus noster: q̄ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Oratio.

Adesto dñe supplicatiōib⁹ nr̄is: vt q̄ ex iniq̄tate nr̄a reos nos esse cognoscim⁹. vti grisogoni martyris tui intercessione liberemur. Per dñm. Epła. Btūs hō q̄ inuenit. vt in cōi in vigilia vnius apli. fo. i. Gr. Posuisti dñe sup caput eius: coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei: et voluntate labior eius nō fraudasti eum. Alla. ℣. Beat⁹ vir q̄ suffert tēptationē: qm̄ cū probat⁹ fuerit accipiet coronam vite. Euangeliū. Qui vos audit. vt i cōi vnius mart. fol. iiij. Offer. Gloria et honore coronasti eū: et constituisti eū super opera manuū tuarū dñe. Secreta.

Munera nr̄a q̄s dñe serenobulti suscipe: vt intercedēte btō grisogono martyre tuo. criminū nror contagia cuncta expurgent. Per. Cōio. Posuisti domine i capite eius: coronam de lapide precioso. Postcōmunio.

Annue q̄s dñe: vt mysterijs tuis recreati. sancti quoq̄ grisogoni martyris tui sēp muniamur auxilijs. P.

¶ Sctē katherine vgis ꝛ mart. Offim

Me expectauerūt peccōres vt p̄derēt me: testimonia tua dñe itellexi: oīs ɔsūmatiōis vidi finē: latū mādatū tuū nimis. Ps. Bti i maculati i via: q̄ ambulāt i lege dñi. or

Omnīps sēpiterne de⁹ q̄ corpus gloriose vginis tue katherine i mōtē synai ab angelis deferri iussisti. concede q̄s: eius obtentu nos ad arcē virtutū puehi. vbi visionis tue claritatē mereamur intueri. Per. Epła. Cōfitebor. vt i cōi vni⁹ virgis ꝛ mart. fo. x. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende p̄spere pcede et regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinē et iusticiā: et deducet te mirabiliter dextra tua. Alla. ℣. Loq̄bar de testimonijs tuis i cōspectu regū et non cōfundebar domine. Sequētia

Odas hac i die letas: xp̄o canit in etas: corde voce fidib⁹. Omnē spectat ad etatē: katherine dignitatem: cu

mulare laudib⁹. Hec est illa costi nata: cuius ortu decorata: gloriat grecia. Hec est q̄ mnā sibi datā: xp̄o reddit duplicatā: oris eloquētia. Scolis vacās/ artes discēs: altiora cōcupiscēs: studet euāgelio. Duo legēs testamēta: vite videt alimēta: xp̄m in p̄sepio. Cibo dulci refouetur: quo plus gustat plus auget: sanctū desideriū. Cibo cōformat isti: se cōfigens cruci christi: currit ad martyrium. Rex hinc terret/ hinc blādit: hec nō timet nec lenitur: pre mentis constātia. Hinc terrores vt fauille: hinc res serui vel ancille: spernuntur vt vilia. Sapiētes superantur: credunt christo flāmis dantur: sed nec perit fimbria. Carceratur virgo cesa/ visitatur fit illesa: superum presētia. Quam regina dum solatur/ ad certamen inuitatur: fauet ouans coronat certat die tertia. A colūba dū cibat: virgo rota fabricat: orat nexus dissipatur: sternit plebs impia. Tot triumphās in tormētis: ad supna cū ducētis: premittit porphiriū. Impetrato q̄cquid orat: ferit lictor lac irrorat: feriētis gladium Corpus celit⁹ sublatū: est in syna tumulatū: tūba manat oleū. Syna signis illustrat/ celū sibi gloriat: addi sydus aureū. Virgo sydus honestatis: dux et decus p̄bitatis/ xp̄i reos maiestati: xp̄o recōcilia. Vas virtutū via mor: flos odoris odor florū; nos tuere nos celor: trāsfer ad palatia. Euangelium. Simile est regnum celorum thesauro. vt in cōi vni⁹ virginis et marty. fo. xii. Offer. Filie regum in honore tuo: astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e p̄pici⁹ oblatiōes tuor fideliū. quas tibi in honore s̄cte katherine virginis tue et martyris hodierna solēnitate letāter offerimus. sicq; nobis ip̄a intercedēte p hoc sacrificiū placat⁹ adesto: vt nos et a periculis huius vite clemēter eripias. et apertis oībus miseratus absoluas. Per d̄. Cōio.

Simile est regnum celorū homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eā. Postcōio

Da q̄s dn̄e p hec sūcta q̄ sūpsim⁹ populo tuo salutē mētis et corporis. et intercedēte btā katherina virgine tua et martyre i cuius honore letamur. ppetuis ɔsolatiōibus tuorū reple corda fideliū: vt diuia ptectiōe reuelati. et pia tibi deuotiōe cōplaceant. et tua semp beneficia ɔsequantur. Per dn̄m. ¶ Sancti lini [redacted] et martyris. Officium

Sacerdotes tui domine induāt iusticiam/ et sancti tui exultēt: propter dauid seruum tuū nō auertas faciē xp̄i tui. Ps. Memēto dn̄e dauid: et oīs māsuetudinis eius. Oro.

Deus q̄ sanctā nobis hui⁹ diei leticiam pro cōmemoratiōe beati lini martyris tui atq; pontificis fecisti. adesto familie tue precibus. et da: vt cuius hodie festa celebramus. eius meritis et intercessionibus adiuuemur. Per Epistola. Omnis pontifex. vt in cōmuni vnius martyris et pontificis. fol. v. Grad. Inueni dauid seruum meū oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei/ et brachium meum confortabit eum. V⁹. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit eū Alleluya. V. Elegit te dn̄s sibi in sacerdotē magnū in populo suo. Euangeliū Homo quidā nobilis. vt in cōi vnius mart. et pontificis. fo. v. Offer. Inueni dauid seruū meū: et i oleo s̄ctō vnxi eū: man⁹ eni mea auxiliabit ei/ et brachiū meum confortabit eum. Secreta

Intēde p̄picius q̄s dn̄e oblata tibi hec munera. et deprecatiōe bti lini martyris tui atq; pōtificis in cui⁹ ea cōmemoratiōe deferim⁹: nosipsos eadēq; sanctifica. Per. Cōio. Beat⁹ seruus quē cum venerit dominus inuenerit vigilātem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcōio.

SUmpsimus dn̄e in sctī martyris
tui atqȝ pōtificis tui solēnitate
celestia sacramēta. cuius suffragiis nos
largiaris: vt qđ tēporaliter gerimus eter
nis gaudiis cōsequamur. Per dominū

¶ In cōmemoratiōe sctī thome. Offm.

LEtabitur iustus in dn̄o et spe
rabit in eo: et laudabunt oēs
recti corde. In tēpe paschali.
alleluya alleluya. ℣ Exaudi
deus orationem meam cum deprecor: a
timore inimici eripe aīam meā. Oratio

DEus pro cuius ecclesia gloriosus
pōtifex thomas gladiis impio
rum occubuit. presta quesumus: vt oēs
qui eius implorant auxilium. petitiōis
sue salutarem consequantur effectum.
Per dominum. Ad hebreos. v.

FRatres. Omnis pontifex ex hoībus
assumptus. pro hoībus cōstituit in
his que sunt ad deum: vt offerat dona et
sacrificia pro peccatis. Qui condolere pos
sit his q̄ ignorant et errāt: qm̄ et ipse cir
cundatus est infirmitate. Et propterea
debet quēadmodū et pro populo: ita eti
am et pro semetipso offerre pro peccatis
Nec quisq̄ sumit sibi honorē: sed qui vo
catur a deo tanq̄ aaron quēadmodum
scriptum est. Tu es sacerdos ineternū:
secundum ordinem melchisedech. Gr.
Posuisti dn̄e super caput eius coronam
de lapide precioso. ℣ Desideriū aīe eius
tribuisti ei: et voluntate labiorum eius nō
fraudasti eum. Allā. ℣ Gloria et hono
re coronasti eum dn̄e: et constituisti eum
super opera manuū tuarū. In tempore
paschali scđm Allā erit vnum de supra
scriptis post Quasi modo. scȝ Alleluya
℣ Mane nobiscum. cū ceteris in fer. vi
post octa. pasche. Sequentia.

GAude thoma: de cuius victoria.
Ortus christi: cumulantur gau
dia. Martyris declarant gloria: crebra p
indicia. Curantur per eius suffragia: lā
guidorū milia. Trucidatur flos pasto
rum: inter sāctuaria. Per dies nec locorum: obstat reuerentia. Stalla maris
que letaris: te lactasse filium. Hunc pre
camur assequamur: vt thome consortiū
Eius prece gliosa. Amē. Scđm iohēm. x

IN illo tēpe. Dixit iesus discipulis
suis. Ego sū pastor bonus. Bonus
pastor: aīam suā dat pro ouibus suis. Mer
cēnarius autē et q̄ nō est pastor cuius nō
